Оссолінсъкі колекції.

CD – диск виконано в рамах угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 4.
Zbiór rękopisów Biblioteki Baworowskich

Dział (opys) 1

472. Ars Imperii Rhetorici... ex propriis Eloquentia fundamentis posita... A.D. 1610.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

Oratio Gratulatoria S. Martini

Martini Pulfulis Gemmate inestimabilem Gemmam
Hic ego. Si quidem ex Oratore Erasmi dicat poterat spectari Strada
quam si in Laudibus suae Phi Suasexpliceat Panegyres Nunquam
equo Pallianeo Elegantiae pondus celebraret, tenere Papi in Julea
Gatelanstui Prudentiae Virtutes Clementiae ponderaret, Sed
Exeedis in Indigete tuo Gio Armenis quantum Tantum a Nobis
appetians optimi Ac Principis Auro Et ita Licet in Martini
Pulfulis annulo te Gemmae adorare Dei

Nr. 472.

BIBLIOTEKA GIMN.

I. D. 7.

Oszwiecił ich Zyd obłudny wtey mierze
Zedrzeć niewinnym parę Zadrzeć bierze

BIBLIOTEKA FUNDACJI ... RADZIWIŁŁÓW

Illustres Umbræ.

Inter fulgidissima Rhodusiensium Sidera.

Seu

Artificiorum Rhetoricorum Obscuritas.

Ad excitandam doctioris ingenii flammam.

Lavori Explanatione.

Illustrata.

In Ducali Collegio Ostrogiensi Soc: Jesu.

Anno ab Orto Justitiæ Solis 1734to. Vergente

in annum 1735tum.

Ad Majorem B. V. Majoris S. L. Honorem.

S. S. Tutelarium: N. N. et ab iisdem cultu perenni.

BIBLIOTEKA
FUNDACJI
KSIĄŻĄT

Proloquium ad Rhetores.

Ut artem Oratoriam vobis reddam commendatam Oratores, illam pulcherrimis non adorno elogiis. Sed quia Regina animorum eloquentia est, colli et amari debet. Quos quos habetis honores Oratores Poloni, munus Regina hujus est facundia. Linguam impellimus in encomia. Tullii Patria vocaretur Regum Regnorumq; os esse dicimur. Deliberamus? Patres Patriæ Consulesq; plusquam Latii nuncupamur. Judicamus? Solones, Lycurgi adoramur pro equitatis officio. Efformamus scilicet elogia ut Oratores, consulimus ut Proceres, vindicamus virtutes, aut damnamus crimina ut Dii. Denique quod est Deus in mundo, anima in corpore, Sol in Zodiaco: Hoc in vita civili eloquentia. Tullii Libro 1mo. ad Herrennium Judicium de arte Oratoria est. Itaq; Juvenes Nobilissimi quibus Patria honorariis rectis fasces, eloquentia data animum; gratias in Polonia non habituri, nisi prius profecturi in facundia. Profectum sperate si artificia Oratoria, quæ vobis porrigo et ab obscuritate vindico, labori et memoriæ mandaveritis.

BIBLIOTEKA FUNDACYI KRASIŃSKICH

Operis Dispositio.

Premissis iis, quæ jam didicimus, a paveis procedemus ad majora. Expeditis Scilicet breviter prooemialibus orationis, in genere demonstrativo Rhetorica, deliberativo et judiciali immorabimur. Descendemus deinde ad locos intrinsecos, et modos amplificationum et orationum minorum. Tandem exclarabimus elogia, inscriptiones, epitaphia, encomia, objurgativa, objurgationes encomiasticas, Sermones familiares, modum familiarium discursuum materiam eorundem. Artificia contionum non prætermittemus, si Superi et tempus favebunt.

Quæstio 1ma. Prooëmialis.

Quid sit Rhetorica? quod ejus officium? quis finis? quæ partes. Rhetorica est eloquentia, pariter sicut Rhetor eloquens et orator dicitur. Imo Rhetorica est ars seu doctrina bene dicendi. Porro. dicere bene est loqui juxta præcepta Rhetonica, culte, ample, rotunde, figurate. Ars verò Rhetorica est, quæ porrigit præcepta loquendi ita. Officium Rhetorica est apte dicere ad movendum, persvadendum, convincendum, delectandum, Itaq; ut officium et munus suum adimpleat Rhetor. Finis illius est: persvadere, movere, delectare.

Partes Rhetoricæ Sunt 5. Inventio, Dispositio, elocutio, memoria, et pronuntiatio. Nomine inventionis intelligitur excogitatio rerum variarum veraru: aut verò similium, item rationum, quæ propositionem licet non omnino veram, faciunt tamen probabilem. Nomine Dispositionis intelligitur rerum inventarum, id est rationum, conceptarum, similitudinum, q: recta et apta collocatio, quo loco et quo ordine poni debent. Nomine Elocutionis intelligitur rerum inventarum et dispositarum, per tropos, figuras, Sententias, Phrases, Adornatio. Memoria verò est firma rerum inventarum, dispositarum, et adornatarum rerum perceptio et impressio. Jam autem pronuntiatio est: istorum omnium ore, Lingua, gestu, expressio.

Unde Rhetoris est: imprimis artificium sua materia aptum invenire, et scire, deinde copiam variationum, similitudinum, comparationum, habere. Hæc verò disponere bene et exornare modo Rhetorico, tandem tradere memoria et denique perorare. Sciendum hic quod eloquentia acquiritur: natura, arte, exercitatione, et imitatione. Natura efficit hominem aptum ad eloquendum, et percipiendum artificia Oratoria: quo aptitudo alia se tenet ex Parte animi conferens animo necessarium, ad inventionem dispositionem &. alia ex Parte corporis qua confert Oratori robur, vocem canoram, linguæ facundiam,

ornatus et.

onis et totius corporis conformationem, seu aptam gestuum accomodationem. Arte comparatur eloquentia. quando Rhetor seriam dat operam praeceptis, juxtaq' Ariam efferre intendit materiam. Exercitatio est constans oratoris applicatio, tam in scribendo quam in dicendo. Imitatio verò est quae tantam adfert Oratori utilitatem, ut sine illa Rhetor satis proficere non potuerit. Proinde illâ hic paulo fusius explano.

De imitatione Oratoria.

§§§

Imitatio oratoria in re, seu definitive est: constans applicatio animi, et practica ad exprimendos alios auctores optimos quo ad conceptus, Stylum, verba, et sensus. Seu quod idem est ut Pater Masenius dicit et conformatio sermonis nostri, ad optimam Romanam eloquentiae ideam. Dixi conformatio, quia peccatum Rhetoricum grande est, si Rhetor non tam se conformat Stylo, et sensui Authoris quam alieni partium ingenii rapiat et sibi adoptet. Tali enim Oratori dicit Horas pagina fures. Dixi ad optimam Romanae eloquentiae ideam. Quia illi sunt auctores, imitandi qui elegantiori phrasi, Styli gravitate, sensuum profunditate, et ingenio, coteris praeeminent.

Utilitas imitationis Rhetoricae est hae: Quia cum Longum sit iter per praecepta breve per exempla.

facilius addiscemus Stylum insistendo ingeniosis
latinorum vestigiis, quam sola vi mando artificia.
Iuxta aliquos imitatio oratoria alia est imitatio Styli
alia figurarum et affectuum, tandem alia imitatio
quo ad naturam rei quam imitationem eloquentia Lat:
tem adumbrat si non exprimit. Latius tamen loquen:
do imitatio alia est inventionis alia dispositionis alia elo:
cutionis.
Imitatio inventionis est: Dum ad exemplum inventionis
alienae cum simili concurrentium adjunctorum combi:
natione et artificio, sive propositiones enuncimus, sive
orationes excogitamus, sive sensus effermamus.
Inventio dispositionis est: dum scilicet non attenta ad:
verius inventione sed nostra insistendo solam alienae
sequimur dispositionem. cui nostram commendamus ma:
teriam. Imitatio elocutionis est: cum rem propria manu
inventam et dispositam, solis phrasibus, figuris, ornamen:
tis, fragmentis ab aliunde delibutis adornamus.
Nota hic non obtuperio esse dignam imitationem Oratoris
si aliquem celeberrimum auctorem, in his omnibus scili:
cet tam in inventione, quam in dispositione et elocuti:
one sequamur. Praesertim cum hac proportionata
materia sit vg. Orationem Curtii quam S.P. Andreas Semberski
celeberrimus olim Polonus orator in via Appia adfert, ad
imitationis exemplum, nativo enuntiatus Stylo, et appli:
cares (ut ipse docet) aut victori strenuo, aut S. Xaverio,
Stanc ego ex via appia subiicio.
Si dii habitum corporis tui, aviditatis animi parem esse noluissent,
orbis te non caperet. Altera manu orientem altera occiden:
tem contingeres. & hoc aspectus scires velles, ubi tanti numi:
nis fulgor conderet, fulgoq; concupisceis quo non capis. ab
Europa petis Asiam, ab africa petis Europam. Deinde si
humanum genus omne superaveris, cum Syreis et Nivibus

et fluminibus.

et fluminibus ferisq; Bestiis gestunus es Bellum.
Non damno itaq; horum trium Inventionis, dispositionis et Elocutionis Simultaneam imitationem, praesertim si diverso sermone efferatur. Potius tamen asvescat Orator Separatim aliorum Sequi inventionem, Separatim dispositionem, Separatim elocutionem. Vel certe si abiveram arripiet inventionem et dispositionem, Suam hic addat elocutionem, ut potius imitatorem agat quam Mercurium.
Praximtene imitationis quo ad inventionem et dispositionem Sola. Superaddita elocutione propria Orationis partiane Superapposita quam Divo Xaverio Apostolo.
Si parem Zelo Divinissime Xaveri habuisses potentia, Universum excedebas. Uno pede trivisti Equora, altero terram pulsasti. Et ubi hoc attigisti etiam antipodas lustrare Igne sorsum ente accendere intendebas. Et istud ardor animi tui concupiscebat, quod capere non potuit. Ab Indis petis Aethiopiam, ab Aethiopia petis Saporiam. De inde Sigenus barbarum tuo Zelo incaluerit et cultu Superum asserit, etiam fluminibus et piscibus pectoris calentissimi excitasti Ardores. Imitatio Orationis partii
Adhuc imitatio Orationis est duplex aliaverborum aliarerum.
Verborum imitatio est cum Metaphora vel alius tropus vel majoris energia verbum, aliut phrasis aliena, ad adornandum Sensum assumitur. Jam vero imitatio rerum est. imitatio vel inventionis, vel dispositionis, vel elocutionis alienae.
Sunt praeterea plures imitationis Orationis modi. Et quidem imo. Si carmen aliquod celeberrimi Poetae ut Claudiani, Statii, Luani, Virgilii, abjecta Phrasi Poetica Orationis ideae periodice efferatur. Ludo. Si praeclara

Thesis.

Thesis, Seu, Si propositio aliqua universalis, Mutetur in particularem. vg. est haec propositione universali: e-mortua sunt in armis vires, quas subinde Duces non animat Gratio. Faceres propositionem univer. salem, formaresq laudem Magnanimo Heroi sic: Ne inter tot pericula Martis, tot Heroa langverent vires tuo subinde alloquio acrem animasti. 2do. Si Hipotesis aliena mutetur in Thesim, Seu, Si propositio par. ticularis vertatur in universalem. vg. haec propositio par. ticularis. Sola tu etate minor tuis majoribus. sic reduceretur ad propositionem universalem: etate Sola majoribus minor est. Luiz qui Virtutibus non annis etatem suam computat. 3tio. Si Sensus affirmativus alicujus autoris aut Sententiæ vertatur et transformetur in Sensum Negativum in laudem alicujus Heroïs vg. hunc Sensum affirmativum: Tunc mortalis visus dum inter dispendia vita morer etur sic transmutares in Sensum negativum, in laudem alicujus Heroïs in bello ocisi: Nec tunc mortalis visus cum inter dispendia vitæ morer etur. 5to. Si Sensus alicujus Sententiæ negativus intorqueatur in Sensum affirmativum, vg. Hic Sensus negativus: Nunquam felicius triumphavit quam ubi Sanctem. nenti victas dedit manus. sic mutaretur in Sensum. Semper feliciter triumphat, qui con. tentioso victas porrigit manus.

Questio 2da.

De genere Rhetorico.

Genus.

Genus Rhetorica est triplex Demonstrativum, Deliberativum, et Judiciale. De singulis singuli erunt paragrapfi

§ Imus.

De genere Demonstrativo.

Demonstrativum genus dicitur aliter laudativum encomiasticum, Panegyricum, &c. Quia ad genus demonstrativum referuntur laudationes personarum, gratiarum actiones, gratulationes, orationes funebres, Genethliaca, Epitafia amica, Heroica, Encomia locorum nobiliorum, urbium, asylorum. Quare ut genus demonstrativum percipiemus, sciendum nobis oratoribus est: Quomodo formare elogia personis illustrioribus debeamus; unde Laudes eruere, ut propriam sive communem cuiq adscribamus Panegyrim. Itaq quaeritur 1mo.

Ex quibus fontibus laudantur personae illustres.

Laudes personarum Oratores antiquissimi divisserunt in tria bonorum genera. Scilicet in bona corporis in bona animi et in bona fortunae. Bona corporis vocantur majestas vultus, fortuna ex cellens corporis, pulchra membrorum simetria. vires firma et reliqua corporis dotes. Bona animi sunt. Virtutes omnes, talenta, scientia artes, ingenium, memoria, prudentia, affabilitas, clementia, Liberalitas, praeclara gesta, et animi indoles. Bona fortunae. Sunt. generis nobilitas, propinqui affines, amici, educatio, opes, Honores, dignitates, favores et amor humanus. Alii hos fontes dividunt, juxta triplicem temporum differentiam. 1mo. considerando tempus quod vitam antecessit. 2do. quo quis vixit. 3tio. tempus quod mortem subsecutum est.

In tempore quo quis vixit ponuntur 1mo. Anni, Menses, Dies, hora Nativitatis 1mo et ipse S. Patronus, cujus Anniversaria memoria illo die celebratur et quo persona Laudanda, prodiit in Lucem. 2do. Considerantur res in Nativitate Notabiles, ut Latitia Patriæ, Parentum, consanguineorum, Amicorum, et alia circumstantiæ. 3tio. Fiunt conceptus ex Nomine in Laeo Laudato posito 1mo ex Nominibus etiam Parentum. 4to. bona educatio in Juventute, Schola, Mores, et occupationes bona quæ homini ab Auctore Natura tribuuntur. ut est indoles, ingenium perspicax, celebres animi motus, docilitas, solertia, memoria &. 5to. considerantur genus vita, quod tenuit, ut. quod totam vitam in bellis, vel obsequio Patriæ consumpserit, quod publicos Honores, functiones, legationes obiverit. 6to. Considerantur res gestæ ut potè dicta, facta, consilia, judicia &. Item Si quis post fata Laudatur considerantur Mors Ejus obitus, et Si quid contigit in eo memorabile aut Mortem antecessit, vel subsecutum est.

In tempore antecedenti. Considerantur Patria in qua Natus quam celebrem habuit consanguinitatem, et Suos Majores quomodo Regno utiles. Quid gloriosum et memorabile fecerint Proavi, abavi, atavi, avi. Item investigantur Signa Oracula, Prodigia, vota Parentum et aliorum, quæ nativitatem præceperunt. Ad tempus quod vitam subsequitur. pertinent. 1mo. Si aliqua acciderint illo mortuo Scitu et notatu digna; ut. Dolor multorum ex obitu defuncti, Signa aliqua Mortem ejus testantia. 2do. Considerantur Ornamenta Sepultura, qua colliguntur, ex celebritate amicorum, ex concursu hospitum Legatorum a variis Principibus, ad funebres exequias deputatorum. 3tio. pertinet opinio, hominum de vita probe acta et Sanctitate defuncti. Quæritur 2do.

Quomodo Persona Illustres Laudantur a Majoribus.

In primis per majores intelliguntur avi, abavi, Proavi.

atavi.

atavi. 1mo. Domus linea et origo. Itaq; duplici modo Laus a majoribus disponitur. 1mo. Secundum dispositionem Naturalem, quando scilicet Gradatim ad initium orationis seu Sermonis Laudatorii Laudatur aliquis a Nobilitate majorum. 2do. Quando non servatur ordo talis, sed ex occasione tantum sive in medio sive in fine orationis Laus a majoribus disponitur. Quod non solum in majoribus orationibus sed etiam in brevioribus encomiis contingit. ut vg. in Salutatoria oratiuncula dicere: ex eo te gaudere quod habeas Domi tua hospitem, qui non solus in tuos descendit Lares sed tanquam viva et tot virtutibus elaborata majorum suorum Imago induxit te cum tot Patria Lumina, tot columina Reipublica. Idem Judicium esto de aliis brevioribus plausibus.

Plures autem sunt fontes dicendi elogia a Majoribus, inter quos non postremus est quando Orator Majorum omittit laudem, et nisi breviter attingit, ut magis laudet. Quod contingit ordinarie per figuram Praeteritionis. Exemplum tene. Amplius descendere in gentilitias Majorum tuorum feras nolo. Quia ad ea festinis in quorum gloriam ipse laborantis tuorum decorum et auctor et actor. Vix non otiosum est, ad primos Magnorum fluminum fontes margines revocare. Haurient ex turbido obsoleta antiquitates quarum Nobilitas obscuro in Saeculorum fundo est. Tua virtutis claritudo meritorum eminentia, generis prosapia, et summo atq; aperto posita, lucem non accipiet ab alienae Salamo Satis Illustris de sua suorumq;. Et propterea magnus tu quidem es, quod a magnis Sanguinem derives et Virtutem. Non tamen satis habes Magnum te natum esse, contendis adhuc majorum amplitudinis proprium adiicere, ut tuis sis major Majoribus. Stemmata et deducta ab avis, Proavisq; gloria, non te magnum fecit sed fieri debere imponit necessitatem.

Inter alios modus est et iste modus laudandi a majoribus, quando instituitur modesta comparatio Domus illius quam laudas, cum Domibus aliorum. Magno tamen Judicio in hoc

modo.

modo procedendum est; ne dum Encomia Lenibis etiam Lau-
dando offendas.

Loci aliqui communes a Majoribus.

1mus. Majores tui etiam Sepulchralibus Sepulti cineribus, emori nunquam possunt. Quam diu illorum ingentes Spiritus magnus tu aves possides, Superstites erunt.

2dus. Majores tui non debent Legi tumulo, quos quotidie orbe Legi decet.

3tius. Noctem Majores tui inter umbras Mortuales nullam sentient, qui Te cum pulchri nominis claritudinem Lepulchris intuberint.

4tus. Exemplo tuo Majores tuos excitas a tumulis, ipse inter Majores Numerandus.

5tus. Habent hoc Magni quod Majestatem proclivè agendi negotiis imponant; quibus nec gradus ad honores certior quam per titulos a Posteris delicos nec via expeditior quam ad honores certior qua majorum vestigiis est trita.

6tus. Magnum Nasci fortunæ munus est, magnum vivere virtutis opus, Nobilitas Majorum meritorum tibi facta est hæreditas.

7mus. Tantum claritatis Majores tui tibi reliquerunt quasi nihil addendum superaret; Tantum adjecisti quasi ab illis nihil accepisses, et controversum feceris plus ne tu a majoribus, an Majores a te splendoris mutuaverint.

Quæritur 3tio.

Quomodo aliquis laudandus ex honoribus et dignitatibus?

Formatur

Formatur Laus ex honoribus 1mo. dum quis priam Laudatur ex eô quod non ambiverit titulos et augeri Meritis maluerit quam præmiis. atq hanc honorificentissimam sui nominis reputabat esse Laudem, antevire laboribus alios, qui honoribus præibant; quodq viâ illâ Regiâ ad hanc honorum amplitudinem est progressus, quâ plurimi solent. Scilicet non ambitionis contentione sed virtutis dignitate, Memor illius Puteani dicti: Nulla matura dignitas, quam matura virtus non meretur. 2do. formatur Laus ex honoribus quod Reges nisi Summi soleant Sceptra Serenitatis Regiæ, sua Majestate provehant. 3tio. Augetur Laus etiam a tempore, quô, cui priam dignitas est collata. Item inducuntur gratulationes plausus, publicum gaudium formantur omnia futuri boni, ex assumpto statuto, exponitur utilitas Latinæ Eruditionis &

Loci communes Honoribus Servientes.

1mus. In tanta hujus splendoris luce, in hoc solenni communis lætitiæ usu, magis te admiratione prosequimur quam Laude. Sta enim per honores crescis ut honori majus incrementum addas; Sta ornatus ut potius titulos exornes, nec minus honorem tu tibi, quam te sibi honor gratuletur.

2dus. Per gis ad honoris tui culmen inter arcium præfectos, unicum Latinæ præsidium, inter Secretoria Judicium, assectatum Subsidia Poloniæ reus, inter Limitum arbitrium Præsides, votorum Nostrorum meta, inter Regum Poloniæ Scipiones, potentissimus Regni Atlas inter Regii Secretoris interpretes calamo, unica erudita penna materia, inter pervigiles Poloni erarii custodes, felicioris fortunæ depositum, inter conscriptorum Patrum

curules, Pater Patriæ.

3tio. Hospitari alibi placuerit honoribus, vobis honor ipse inquilinus, opes alijs, tibi honores hæreditarij; titulum alijs quandoq Regina pecunia dederit tibi merita tua et virtutes (quem quem conscendis apicem) contulerunt.

4tus. Stulte Lanè experimento didicimus: reperimus, raro fuisse diuturna. Sensim crescere nescire est cui Solidus honor cordi fuerit. Ut enim quo mane primum et ducavit, vesper turmutat flores; ita Lapsus proceris, honoris fastigijs, suos interplausus moriuntur.

5tus. In meritis tuis præmijs cumulandis, cum Res publica esse vellet prompta, aliquantum sera fuit, non casu sed consilio. Videm illis debebat honoris stipendium, differre tamen maluit, donec præmij nomen amitteret; quod quid quid sumpseris, laboribus emisses, an quia meritis vincebat, contemptum metuebat. Equidem, si præmiatur quod debeat solvisset, quid ultra reddium deberet, quod solveret.

Ritus honoribus Servientes.

Arcadij in Regnum suorum Thronis ponebant simulacrum fortunæ aureæ quæ dextrâ manu coronâ auream cum sole, sinistrâ verò spheram orbis cum lilio tenebat. Innuebant hac symbolo: Regem ita debere luere ut solem ditare, ditare Rempublicam ut aurum, Innocentia vita, subditos recreare ut lilio

lio

lis Egiptii in electione suorum principum 4tuor inquirebant. 1mo. est ne pius et tunc princeps ad Se: lum tollebat manus. 2do. est ne justus, et tunc ille gladium vibrabat, cervicq propria minabatur. 3tio. est ne liberalis et tunc ille auream pecuni: am in populum spargebat. 4to. est ne Laborio: sus et tunc ille stivam a rustico oblatam ad Au: lam deferebat ad quam illi adventanti juvenes selectissimi cum Regiis instrumentis occurrebant. ubi vero jam aulam Regiam ingressus fuisset, pro: dibant, 100 Juvenes cum cultris argenteis et spe: ctante Rege in cultros irruebant, et se se enneca: bant moritur ut vivas. Angli in Coronatione Regis sui Sertum illi ex tot floribus, quod urbes erant in anglia obtulerunt et coronantes Regem ac: clamabant: Regno coronaris vive. Idem offerebant illi Lilium et gladium cum hoc lemmate: Et spa: ce et cade tus.

Apophtegmata honoribus Servientia

Aristoteles praecipuam dignitatem esse dicebat non sui honoribus, sed ab aliis dignum honore judicari. 2dum Aragonia Rex dicere solebat: Bonus Princeps est, qui Subditos suos habet in capite,

melio.

melior qui in corde, pessimus qui in ventre. 3tium
Aristenes quaesitus qua res exitium civitati
adferret; respondit: quando in illis nullum est
bonorum est malorum discrimen, sentiens eam
Rempublicam non diu subsituram, in qua nec
honor est virtuti, nec poena sceleri. 4tum. Antigo:
nus Rex Regnum suum vocavit praetaram
servitutem. Vespasianus Imperator morbo de:
fessus cum a medicis moneretur ut tunc salte
a Negotiis Reipublicae cesaret respondit: Im:
peratorem stantem mori debere. 5tum Theo:
bades Rex Gothorum sic de sua Regnum
electione loquitur, non in cubilibus angustis
sed in campis latespatentibus electus me
esse noveritis, nec inter blandientium delicata
colloquia, sed tubis increpantibus

Elogia Episcopis Servientia.

1mus. Vir in regenda Dyecesi vigilantissimus,
atque alter prospiciens Religionis bono, in
promovenda pietate Studiosissimus jam coli
ab anis potuit antequam caperet sub infulas desse:
xisset. 2. Inopum Pater verius dixerim Mi:
das divinior, qui omnem pietatem inaurat,

ipse

ipse plusquam aureus Praesul. 3tium. Praesul qui ad regendam Dyecesim non vocatus sed Patriæ vocibus compulsus est. 4tum. Prudentia prope Divina, Jupiter terrigena, magnificentia Lex Sacrorum amore Pater. 5tum. Ob vir integritatem Angelus, ob laboris magnitudinem Apostolus, ob affectus teneritudinem Pater Patriæ. 6tum. Quid quid verbis docuit factis comprobavit ne magis esset in dicendo quam in agendo disertus. 7mum. Vitia alia nescivit nisi ut corrigeret errumnas omnes scivit ut curaret. 8vum. Debitam suis virtutibus meritisq' adit cathedram, bene præcantium Stipatus comitatu et votis. 9num. Sta hactenus virixisti, ut cum esses maximus, videri nolles, neq' altitudines Infularum Sedium ambiebas, ne honorum accessione crediset videreris Lorum. Vidit in te Præsules tota Senes quibus sanctis Scientiæ quam bene Antistitum immortalitati provisum est dum eos in solijs suis reliquerant, in quibus et ipsi agnoscuntur

De Honore Senatorio.

Virtus Senatoris potissima esse debet cura fatigabilis in bono publico promovendo. Illi istud

Sen

lemma inscribi potest quod faci accensa
otim inscriptum est. Aliis inserviendo con-
sumor. Quod hac genuini Patria Civis nota sit,
ut quid quid toto vitæ curriculo faciat bello
et pace, id Patriæ et civium suorum causa
faciat, Et hæc voluntas de Republica bene me-
rendi, quamvis omnem statum exornet, in
primis tamen Senatorem, id est unius publici
libertatisq' custodem decet. Scilicet Religio
in Deum, pietas in Patriam, prudentia in
consilium, fides etiam in Reges, tenacitas se-
cretorum, gravitas in moribus et factis, cle-
mentia erga subditos, affabilitas erga omnes,
sollicitudo in vigore et disciplina tam politi-
ca quam militari, vana manu præstare ge-
sta. Quod totum uno verbo exprimitur Senator

Loci communes Senatoria dignitati Servientes.

Imo. Admiratur Sanctum illud Senatorium consilium
tua non modo eloquentiæ vim, sed etiam in consilio
gravitatem. Ido. Quid est quod de Republica ma-
gis indigeat quam professa hominum doctissimorum
curâ et gubernatione. Nam Patria Religio Homi-
ne, arx templa, urbes Civium, salus, et bona for-
tuna omnium continentur. Quare qua prudentia,

qua.

qua literarum eruditione, qua Sapientiâ oportet esse eas qui Patriæ Regendæ et custodiendæ curâ susceperunt. 3tio. Eodem Lucerna Togam induit Athoracem aquo prospere Curules, Sellasq' purpuratas, ac prospere atorum aquum conscendat. 4to. Multi multa loqui possunt non facere te Illustre donavero mentium privilegio utrumq' iness. Seu agendi audaciam Seu loquendi optima par potestas, 5to. Integritatem ejus neq' Domi Patriæ, neq' foris, ipsa hostium conscientia accusavit. In toga fuit Spectabilis in Sago formidabilis et nec animi egens nec fortunæ. 6to. Publicarum rerum ea tibi est cura ut non minus atlante Patriæ, quam Argus prosteo.

De honore Ducis Exercituum.

1mo. Laudantur Duces a Scientia Reipublicæ vg. Luis ordo Exercitus, quantus urgendo trahendoq' ac disponendo belli modus. 2do. Laudantur ab illis exercitiis et Laboribus. 3tio. A circumspectatione quo cautè prudenterq' in omni bello alia processerit. Sanus enim bifrons Dux esse debet in bello, quia prudentia delicta (attestatur fato:) emendationem non accipiunt nec licet eis in bello (ut ait Plutarchus:) peccare. 4to. A felicitate in bello quæ Speciali Dei favore qui-

buidat

bus dam. Ducib; confertus. Unde licebit oratori Ducem
quem laudat comparare, cum Ducibus Illustribus aut
viris bellatoribus. Qualis fuit Iulius Cesar, Pompeius
Magnus Annibal, Dux Carthaginensium, Scipio Affri-
canus, Liberdarchus Rex Epirothorum, Alexander
Magnus, Cato, Fabius cunctator, Horatius, Vates Sca-
vola Publius, Traianus, Cesar, Camillus, Cateri vero a Sanc-
stis gestis, Constantinus Magnus, Theodosius magnus, Carolus
5to. A disciplina Militaria authoritate, et estima-
tione apud Hostes Suos a fortitudine bellica ab omnibus
quo impavido vultu evasit in debellatis hostibus ab ex-
pugnatis turribus Provincijs et propugnantibus, atq;
ditatis Latinis finibus et a Clementia in victos et subdi-
tos a temperantia et modestia, a constantia in re-
bus arduis.
6to. Et consilio bellico in subitaneis casibus.
7mo. Et Stratagemmate et astutia licita proliabig.

Loci communes honorib Ducibus Servientes.

1. Arbiter pacis es, quo nemo vel securior bello v Pace feli-
cior, atq; ad prodigium fuit.
2do. Plures numeravit eductas suo marte Militares co-
pias atq; triumphorum quam alij fecerunt Spectanunt;
ex peditiones. Denig quid quid calcavit Laurus fuit.
3. Nullu belli genus est in quo fortuna non exercuit
Nullum genus Militiæ cum quo Signa non contu-
lit invictum scilicet castrorum rigorem tanto animo

reservavit

reservavit ut in acie alter Gradivus teneretur.
4to. Diuturna aliorum bella legenda suis primus de ille dubitatum, est viderit ne Lotten prius an vicerit, non putavit se vicisse, nisi Mortalium opinionem inter tot pericula, victoria celeritate vicisset.
5to. Virum habuit Polonia qualem optare aliorum vota poterant non sperare. Presentatus adhuc Iuvenem induit non prius deposituros militiam quam letitiam, Dux consilio, victor bello.
6to. Lepores illi galeato dedipes Leones ille se Duce offecisset.
7mo. Hostes cum Lepe persequeretur Lauream et simul cum hac gloriam immortalem consecutus.
8vo. Ad triumphaturi Martis latus ubi stetit, hosti mortem minabatur qui nunquam in aciem prodiit sine palma victor toties signa in hostem tulit.

De honore Cancellarii.

1mo. Laudatur Cancellarius ab antiquitate hujus dignitatis quod tam antiqua est ut in regno Faraonis jam sceptra tulerit Sub Josepho Cancellario.
2do. Laudatur ab amplissima et antiquissima ejus potestate. Sic enim Ludgiensis Libro 2do. de titulis Cancellarii est ille magistratus inter legatos Summus
3tio Laudatur ex ipsius munere et officio Loco officium Cancellarii est diplomatibus edictis privilegiis,

Epistolis

Epistolis Regijs et alijs Scripturis Regalibus manu
Regia Scriptis atq; sigillo signandis et legendis praeesse.
unde in potestate sua habet Regnum et Sigillum
Regium tanta Cancellarii Authoritas est atq; Contra Le-
ges sunt et sigillo egent Regio illis Sigillum Cancel-
larius negare potest. Etiamsi Lex aliter jusserit.
ad eum spectat quibus de rebus consilium haberi debet
in Senatu proponere. Item senatus Regia consulta
et comitialia Regia Decreta et placita libris man-
dare ac in publicum evocare cognoscere privatas qua-
rimonias et provocationes ab Urbanis et Oppidanis
ad Regium Tribunal devolutas. Item Cancellarii
munus est ablegatis exteris a latere Regio respon-
dere unde solet vocari os Regia Mattis Orator a la-
tere coronato, caput cui omnes Regales curae insi-
dent, oculus quo Lex prospicit bono Patria pectus
Regium quo animi secretus arcana recondit Princeps.
Regalis humerus quo gravissimae onera sustentat.

Loci communes Cancellario Servientes.

1mo. Quid ni tibi Sigillum impressuro cera liquesat qui
amore in Patriam semper ftt agras.
2do Tunc maximam in te Senatoriam spectavimus gra-
vitatem cum Scriptoriam Regni gestares arundinem,
tunc pondus additum cum pennam tractares. Item
Te non ita in actum potera sustulerunt aquilae ut
non curiis tuam liceret attingere facultatem.

3tio. Item.

3tio. Nemo in periculum quærebatur ad te aditum, licet fuit minimum ministram aquilam gestares manu.
4to. Gratiarum Privilegiis tam facile oppimebas ceras, ut Nobilem libertatis gemmam non promereres.
5to. Vidimus Te Supremum Cri Cancelarium, tantis tuis meritis ut fortunæ Patriæ crederens.
6to. Quoties subjecisti humeros coronata negotiorum ac rerum moles, tantam Majestatem prudentiamq in rebus ferendis adjecisti, quantam necessitas Majestatum poscebat ruere ad te confesti curas ipsas sentisti, quæ nunquam felicius quam apud Te Lopiri poterant.
7mo. Vidimus trabeatos auditores a tui oris pendere facundia et defixos admiratione tua eloquentia stare coneives, quo animos audientium convincebas, Care Triumphalis orator, et velut alter Hercules, quia lingua aurea catenis catenates agis, Cives in triumphum tua eloquentia.

De honore Cfmareschalci Regni.

Cfmareschalcus ut leges Polonæ habent, est Magister aulæ Regiæ et Administer Consilii publici penes quem est. jus convocandi Senatum ex Imperio Regis v. privatis prostandi silentium v. audientiam faciendi potestatem in omnibus dicendæ Sententiæ, Legatos exteros adventantes excipiendo illisq de rebus necessariis promovendi ejiciendi est consiliis eos, qui

ad D

ad id muneris non spectavi promotiandi Decreta Regia in cauris Infamia et ultimi Supplicii promulgandi ad populum, Senatus consilia moderandi compescendi motus in Solentium et turbulentos non modo circa Senatum et in publico sed etiam in inprivatis habitaculis. Denig in Comitiis et in Comitatu Regis distribuendi, Stationes, et imponendi rebus venalibus pretium in publicis conventibus, et Rege in publicum prodeunte praefert electum Leipsion en Mareschalcus.

Laudes communes titulo e Mareschalci Servientes.

1mo. Exente Regni baculo imitaris quam honorum tuorum, virtutumq; ponderem mentem gravioren in publicum profers.

2do. Leipsione Dextera inseris, sed solidiora a virtutibus quam abillo gloria futura habes.

3tio. Quoties inter publica consilia silentia imperasti, toties divulgasti arcana Majestatis, nec semper poteras consiliorum interrumpere linguam, quamvis ad tua Imperia tacerent omnes, quod in virtutis tua plausu, ipsa silentia vedderes facunda.

4to. Asvetam tractandis armis Manum Regali Leipsione ornavit Patria quod Leiret in omni campo te victorem animorum.

De honore Thesaurarii.

Thesaurarius est ex ipso nomine custos Thesauri Regni insignium Regis ut Sunt Corona, Sceptrum, Gladius, diversorum item Supellectilium et vestium Regni, Scripturarum et monumentorum publicorum, est dispensator erarii

Regni.

Regni et rationum reddendarum ex actorum, monetaria officina Magister Stipendiorum tam Militarium quam aulicum solutor

Laudes communes titulo Thesaurarii Servientes.

1mo. Ut Patria sibi proclivium majus faceret publicum aranium in tuas manus dedit, aurum auro addens.

2do. Non est quo ad facta tua Lurdam timeas posteritatem cum ultra vocalia in omne aurum, virtutis tuae facinora loquuntur eris argentius sonitu ejus aures pulsabis

3tio. Quod ferrea Lauta timeas cui distribuere in populos aureos orbes datum est.

4to. Cum nervum Lunae Martis extendis gratum Stipendiario Militi sonitum facis, utq' facilius rotare in hostem manus doceas, rotatos persuades auro.

De Honore Secretarii.

Plures in Polonia Secretarii sunt Sed unus ex illis vocat Major de quo ista Leges Polonae sunt. Secretarius unus Major sit: qui ad Secretas expeditiones admittat et Prolaturas dignitates atq' beneficia, expectet Succedatq' Cancellarius. Laudantur itaq' Secretarii. 1mo. de amicitia Regali ex eo quod sit conscii Arcanorum Regalium. 2do. A tenacitate silentii, quod adeo difficile a plerisq' servatur ut Socrates ausus fuerit dicere carbonem ignitum lingua facilius contineri posse, quam sermonem arcanum. Et Philippides Lysimacho Regi interroganti quid a se vellet, respondit Quod cum' voles modo ne arcani quid scias. Non Rhenienses in foribus artium Aream Iovem linguem collocaverant,

ut quis

ut qui indè exirent meminisse est etinguere se esse debe-
re ut prodendis furia secretis etiamni excandescere
ita in modum ferina contingeret. Curtius de Persis lib.
4. quod lingua apud eos gravius castigatur quam ictus
ullum probrum. Alexander Euphratem secretum
committens annulum Sigillarem ei ejusq; im-
merse fuit Solitus

De honore Judicum.

Judices in Polonia plures sunt: alii publici qui Perso-
narum et Authoritatem Regum Supplent, ut sunt
Judices Tribunalis Rni, item Judices Aula Regia
vg. Cancellarius Rni, Mareschalcus Rni, alii Judices
sunt privati ut sunt Judices Terrestres et Castrenses
qui privata sua terra crimina discutiunt, cum libera
tamen appellatione ad Judices publicos.

Istorum utrorumq; Judicum officio Servient Lau-
des communes Sequentes.

1mo. Litium componendarum cura tibi demandata est,
ipsa porro unica litis materia extitisti quia longum
de tuis laudibus etati Secutura indixisti certamen.

2do. Nemo ad tuum tribunal satis bonam causam ad-
fert quin eam tu facens meliorem.

3tio. Severitatis et mansvetudinis occupasti Curulem
quia vitiis non hominibus iracsci persuasum habes

4to. Judicem te Justum nemo ignorat quia uniquiq;
quod Suum est tribuis. Latinè quidem tutelam Ri-

bi

bi laborem et famam. 5to. Quotiès ad Themidis stadium extendisti manum totiès triumphavit Justitia illum enim vibrabas ad Supplicium criminis, ad laudem aquitati ferendam.

6to. Non hic Jurisperitorum illam Senecæ audimus Legem. Judex ès sanguine humano abstine. Enim illa inter crimens parsimoniâ quam boni publici causam comprobat quod magis rubere purpuris quâ cruore.

De honore Succamerarii.

Succamerarius Princeps Nobilitatis vocatur quod illius officium est patet ex Juramento quod hic appono. Ego N.N. Juro Deo quod juste et secundum Deum jus scripsitum aquitatem et Partium controversias judicabo, eas q' diligenter audiam et adnotabo signa Grandinem et Similitudines considerabo et fideliter circumscribo libros quos q' meos et aliorum fideliter servabo et in Judicio nullum respectum Personarum amici inimici divitis peregrini habebo, nemini q' in hoc Judicio favorem et odium monstrabo, nec donum ab ullo respectu hujus Judicii accipiam Sic me Deus adjuvet etc: &.

Laudes communes titulo Succamerarii Servientes.

1mo. finibus regendis Præfectus omnium tibi finitimos affectus fecisti. 2do. Dum terram suis distinguendam limitibus tuo permissum arbitrio vidi mirari debueram Cælestem animum telluri addictum, nisi et hoc Divinum ès et terram distinguere dividere augere.

3tio.

3tio. Agrum terrarum divisorem spectare dives qui se ipsum quog in commoda vestra partitur

4to. Factus Rusticarius non minus discernendis privatorum limitibus praesse vel publicos tueri voluit et propugnare hos manu et robore illos prudentia et equitate.

Hec sufficient generi demonstrativo, huc quidem spectant orationes minores cum suis, cum pariter in se contineant laudem illas tamen ibi tractabimus ubi de artificiis orationum minorum agemus.

2dus.

De genere deliberativo Rhetorica.

Deliberativum genus dicendi est methodus oratoria apte consultandi de rebus futuris quas in nostra sunt potestate. Locum habet potissimum in liberis Regnis qualis est nostra Patria, quanquam etiam in Principum curiis aliisq; judiciis, satis habet amplum campum.

Reducitur autem hoc totum genus, ad suasorium et dissuasorium. Ad suasorium referentur orationes sive Epistola sive sermones exhortatorii petitorii solatorii et alii similes ut sunt objurgatorii ad horum verò genus sive suasorium sive dissuasorium referantur orationes consultoriæ pariter sermones et epistolæ in quibus consultimus hoc esse faciendum illud omittendum.

Item Sermones gratiarum actorii sive pro collatis honoribus officiis vel quibus cunq; beneficiis. Item sermones excusatorii in quibus aliquid excusat aut officium aut dignitatem. Consilium istud seu suasio sive orationibus

sive.

sive Epistolis sive sermonibus familiaribus aut comitia-
libus usitata est triplex. Alia assertiva quando proprium
sensum alicui aperte et hunc esse sequendum multis con-
vincentibus argumentis. Alia suasio dissuasiva quando alienum
sensum aut sententiam forti ratione refutat. Alia tertia
sic mixta. qua suum proponit sequendum sensum et simul
alienum referat suasionem et dissuasionem fontes ultra limi-
tes Rhetorices tam intrinsecos quam extrinsecos sunt sequen-
tes. Primus fons vocatur Bonum quod nihil est nisi res per
se appetibilis quale bonum est fortuna fama sanitas, iam
vero bonum petibile est triplex, Bonum animi bonum corpo-
ris bonum fortuna. de quibus diximus in genere demonstrati-
vo. 2dus. fons est honestum quod aut ipsa virtus est aut vir-
tuti consentaneum ut sunt illa quae Ecclesiastica leges pra-
cipiunt et politica sive civiles quae ordinarie ad continen-
dos in officio cives requiruntur. 3tius est fons Laudabile
generosum, cum scilicet rei qua suadetur annexa
est laus et ad posteritatem commendatio qui locus flu-
it ex virtute, sicut enim umbra corpus sic laus comi-
tatur virtutem. 4tus fons suasionum est utile quod
vel praesens bonum conservat vel malum avertit, seu
cum suademus hanc rem faciendam vel omittendam
ex eo quia per illam varii aquiruntur fructus boni et
revoventur mali 5tus. fons tutum et securum seu
per quod amoventur aliqua pericula et discrimina
6tus fons est necessarium sine quo res fieri non potest
et ad integritatem et salutem salva omnino requiri-
tur id quod suadetur. 7mus fons est facile quod sine
ullo labore, molestia et difficultate expediri potest.

finis.

genus sons est possibile. quod apud ciceronem idem est quod non excedit vires humanas et conatus ordinarios. genus sons est delectabile seu jucundum quod animi vel corporis voluptatem aut utilitatem seu presentem seu subsequentem adfert. tertium genus est durabile et perennaturum cujus fama aut decus nunquam emoritur. suasurus ergo aliquid ostendat rem quam suadet esse vel honestam vel honestam et utilem et delectabilem et tutam et durabilem et sicut et dissuasurus ostendat rem esse malam et ideo fugiendam, turpem, vituperabilem periculosam et non necessariam difficilem et molestam impossibilem presentem futuram perniciem adferentem inconstantem et transitoriam. cum potissimum princeps noster Tullius ubi orationes in genere deliberativo in Romana peroravit curia, Latio ne sive ex locis intrinsecis sive ex locis extrinsecis eruitas sive etiam ex bono utili jucundo &c. per argumenta disponebat ut magis convincere. proinde ego etiam hic subjungo argumentorum Rhetoricorum Notitiam. Argumenta Rhetorica sunt Syllogismus, et Enthymema, Sorites, Dilemma, Epicherema Inductio, Exemplum; Quantum ad Syllogismum. Syllogismus quidam modus argumentandi, constans tribus propositionibus id est majore minore et conclusione. Sorte major propositio universalis seu thesis vg omne bonum est laudandum, minor est propositio particularis seu hipothesis vg. Lex doctrina Rhetorica est bonum. conclusio vero est propositio illata fluens tam ex propositione universali quam ex propositione particulari habens connexionem cum utraq; propositione vg igitur Rhetorica est laudanda. Et talis Syllogismus appellatur tripartitus quia continet in

se tres

se tres propositiones, majorem minorem et conclusionem.
Poterit autem esse quadripartitus si addatur ratio vel majo-
ri vel minori erit item 5 partitus si addatur ratio tàm
majori quàm minori. Exemplum Syllogismi quadripartiti
tene Auro estimanda sunt Sententiæ quia habent in se
pondus et pretii, sed Rhetorica est Sententia. Igitur
est estimanda Auro, Jam vero Syllogismus 5 partitus
exemplum tene Eloquentia audientium pascit animas
quia non deest linguæ suum robur et potentia Sed Rhe-
torica est eloquentia, munus enim oratoris est con-
cinne perorare et orator non esset si facundiam non
haberet. Igitur Rhetorica audientium rapit animum.
Alius etiam Syllogismus est qui dicitur Truncatus et
eo quod in illo una abscindatur propositio et ponan-
tur tantum duæ.
Adverto autem quod non requiritur stricta prout a Dia-
lecticis requiritur istarum propositionum collocatio.
Illis enim placet prius ponere majorem, deinde mino-
rem postremo conclusionem. Apud nos verò virtus non
erit, quamvis minorem proponamus majori, Optime
enim nos exposita propositione particulari probamus
illam per universalem et tandem inferimus conclu-
sionis veritatem et talis Syllogismus appellatur Mixtus.
Adverto 2do. quod propositiones Syllogismi non ponun-
tur apud Oratores ita nuditer sicut apud Philosophos
sed adornantur cultu phrasi et elocutione Oratoria.
Item non omnino debent poni illa omnes voces et ter-
mini in conclusione qui ponuntur in majore et minore

sed

sed possunt addi vel minui vel synonimice verti, manente tamen eodem sensu. Item in Syllogismis Rhetoricis omittuntur particula adverbiales sed ergo igitur. loco illarum autem ponuntur aliæ transitiones Oratoria celando artificium et formam Syllogismi.

Quantum ad Enthymema.

Et reliqua Oratoribus usitata argumenta.

Enthymema Latine commentum seu bipartita argumentatio aliter Syllogismus truncatus vocatur est g'mre oratio constans duabus propositionibus, antecedente seu ratione et consequente seu ipsa propositione vg. Quid quid in arte oratoria est est laudabile, igitur et eloquentia est Laudabilis. Item solum bonum est amore prosequendum, ergo natum est odio habendum. habebendum.

Nota quod in enthymemate antecedens seu ratio non debet se impertinenter habere ad propositionem consequentem sed debet esse connexa ita ut ex antecedente fluat consequens. Unde natum est istud Enthymema Baculus stat in cuto ergo pluet. Item istud Tullius fuit Princeps Oratorum eloquentissimus. Igitur aristoteles est laudandus. Sam igitur Principe eloquentia laudandus est.

Nota 2do. Debellens esse Enthymema si constet duabus propositionibus secum pugnantibus et sibi contrariis seu si pro ratione consequentis detur ratio ab opposito vg. Scotus meretur panam, igitur virtus juste coronanda.

coronanda premio.

Nota 8tio. quod sicut Syllogismus ita etiam Enthymema debet elocutione adornari oratoria non vero nude et incompte exponi. Insuper pro antecedente Rhetorice amplificando debent plures adferri rationes. Tandem facta transitione descendat Orator ad propositionem consequentem et illam pariter oratorie deducat. Sorites latine Oratio acervalis dicitur quia multas coacervat et globat rationes, demde ex prima ratione ultimam infert propositionem consequentem vt Quod est bonum est expetendum quod est expetendum est probandum, quod approbandum laudabile, ergo quod bonum laudabile.

Dilemma. est oratio qua in propositione antecedente duas adversarii proponit partes sibi contrarias ad quas difficile illi respondere cum utrang' simul negare non potest quamcung' enim partem concesserit antecedentis, sequitur contra illum illatio vt ad Rhetorem supina deditum negligentia tale formares dilemma: vel tu es Rhetor vel non est si es Rhetor ergo debes operam dare Rhetorice, si non es Rhetor ejis inter oratores frustra locum occupas. Item iste vel tu es asinus vel non es, si es igitur in campo oratorie locum non habes si non es igitur te deridendum probere non debes. Dilemma aliter vocatur cornutum argumentum quia binis rationibus seu gemino cornu pungit.

Epichenema. ex greco argumentatio juxta Ciceronem ratiocinatio est, cum unius propositionis plures darantur

rationes.

rationes diversa, ita tamen ut omnes in unu collimet.
Exemplum. est illatio ex enumeratis exemptis vz. optimum potuit agere Oratorem Hortensius, facundum potuit adornare Rhetorem Tullius, igitur et sibi non deest potentia ut et optimus et facundus sis Orator.
Inductio est qua ex pluribus sufficienter enumeratis iisq; non dubiis sed certis capit ad Orator. assentionē auditorum vz. Hortensius fuit Orator floridissimus Tullius fuit Rhetor eloquentissimus, Demosthenes fuit Orator solidissimus. Solon fuit ingeniosissimus ergo Oratores fuerunt olim et eloquentes et facundi et ingeniosi et floridi. Et hae sunt argumenta Rhetorica per qua rationes suas sive ex locis intrinsecis sive extrinsecis sive ex bono utili et jucundo. q. erudas orator potest optime dispōnere ut aliquid dispiadeat ut persuadeat.

3tius
De genere Judiciali.

Cum ab oratoribus ad causidicos transierunt orationes judiciales, nec jam arte scholastica instituantur sed nudis legibus et conjecturis vero similibus suum comprobet argumentum postulant brevem institutionem. Hoc genus Judiciale versatur in accusando et defendendo Materia illius sunt Actiones praeterita de quibus controverti solent an vera sint qua ad judicium deferuntur an aequa vel iniqua quae postulantur.
Argumenta seu probationes pro hoc genere sumuntur potissimum ex locis extrinsecis et ex legibus seu tabulis et praejudiciis. Dispositio judicialis Orationis commodius fit secundum partes communes.
Exordium est propositio ordinate singulari Artificio

ingiuant nec-

non fiunt nec locis communibus et generalibus dilatan-
tur sed paucis promissis accessus formatur ad causam,
improbatur Judicum benevolentia et attentio.
Narratio ab accusatione instituenda est plana et plena
perspicua probabilis et ut conscientia consulatur sit
vera. Defendens non indiget narratione ut notat Aristo-
teles, cum jam ab accusatore sit facta. Ideoq illi labo-
randum est ut quam solidissime refutet rationes ob-
jectas ab adversario quanquam potest defendens
aliquid narrationis adhibere si illam accusator omise-
rit aut non fideliter exposuerit presertim in hoc spun-
cto quod non parum conducit ad concinendum pro
Justitia Judicem et adversarium.
Ut defendendis proclivium negotium est optime refu-
tare objecta, ita accusantis excellenter rem exa-
minandi nosse modum, utriusq magnus labor esse de-
bet in confirmatione sua propositionis.
Elocutio in genere Judiciali debet aptari materiæ quæ
ut sit accommodata Orator Princeps imitandus Cice-
ro in hoc genere. Peroratio congruis feriatur affe-
ctibus abundet figuris quas plures maxime huic gene-
ri servientes habemus ut: Interrogationis ex affectum
dignantis, licentiæ concessionis etc. Insuper talis debet
esse peroratio ut Judicum fidem et æquitatem im-plo-
rare possit. In accusando conciliandi sunt motus in-
dignationis odii et similes etc:
Inferendo commiserationis clementiæ erga reum
indignationis erga accusatorem. Praxim sufficien-
tissimam ad præclarum in genere Judiciali habe Ora-

tionem.

tionem Ciceronis in Catilinam quam explicandam hoc anno assumimus. Et hae sunt quatuplex Rhetorica genus attinent. Jam discendimus ad ea ex quibus nascitur omnis facilitas sive in Judiciali sive in deliberativo sive in demonstrativo dicendi genere promde sint

Quaestio 3tia

De amplificationibus illarumq; Artificiis.

Amplificatio est dilatatio unius vocis in plures vel alicujus sensus in plures consistens in verborum cultura, et sensuum gravitate.

Amplificatio est duplex verborum et Sententiarum amplificatio verborum est dilatatio unius verbi in plura commata aut etiam plura verba. Amplificatio Sententiarum est dilatatio alicujus sensus in plures imo etiam multas periodos, ergo quoda gravior affirmatio ita rem exaggerans ut hanc audiens convincatur.

Amplificatio verborum fit per tropos et figuras per verba Synonima per periphrasim per verba prolativa et superlativa. Per tropos et figuras amplificatur cum una pro voce ponantur plures tropica, sive mapho-rica sive metonimica, sive hyperbolica et simul aliqua adornetur figura sic verbi gratia hoc verba quod facundus orator sic efferes per hunc modum.

Ita ab oratus fluunt verba, ac si omnes eruditos exhaurispes fontes. Amplificatio per verba Sy-nonima fit, cum ponuntur plures voces diversa sed idem significantes vg. Idem vocem vicit per ver-

ba.

ba Synonima sic deduce res, tanto marte bella fuderat
gladium vibraverat, proelia adornaverat, aciem instí-
tuerat ut omnes Laurus atq' triumphales palmas non plu-
res Gradivus abstemo quam ille ex campo collegit Martiali.
Amplificatio per periphrasim est cum vocis alicujus
considerantur adjuncta circumstantiæ proprietates qua-
libates quantitas locus, et per hæc eadem vox circumscri-
bitur denique per periphrasim amplificatio fiet si qua-
licunq' modo id quod uno verbo effferri poterat plurí-
bus circumscribatur vg. Consideratis adjunctis Noctis
quod Solem excludat, lunam et Stellas habeat quod
cæca dicatur quod nocte quiescant omnia quod tan-
tum vespertilio prospectu noctu quod aves nocantant
solum bubo clamat sic illam per periphrasim describe-
res, illa est quæ Solem odit quia diligit lunam exstu-
ditq' majus ut minus admittat lydus accendit minima
ut extinguat maxima et ubi multiplicato aër et lumine
cæca est vivendi imponit ad Soporem viri vespertilio est
qui dulcissimam virtutem quietem. Etiam bonis aribus
	Difficiens.	Homini vim sanguine reddit
	Langues.	Vultum horrendum reddit

Messis.	Dives.	Exsaciat, Exhilarat.
Fruges.	Opima.	Ditat, Opibg acumulat.
Seges.	Uber.	Aurea reddit Seculà.
Ceres.	Frugifera.	Ver procurat fortunatum
Arista.	Fertilis.	
Spica.	Aurea.	
Manipuli.	Copiosa.	
	Matura.	
	Ampla.	
	Fœcunda.	
	Fortunata	
	Felix.	
	Expectata	
	Pulchra.	
Morbus.	Tristis.	Inficit, Cruciat.
Langvor	Impatiens.	Langventem reddit hominem
Febris.	Pestifer.	Torquet atterit corpus.
Lues.	Letifer.	Exsangve reddit corpus.
Contagium	Acutus.	Maciem et pallorè in vultu inducit.
	Exsangvis.	Morti adjcit, Enecat,
	Pernitiosus	Cruciat.
	Crudelis.	
	Dirus.	
	Gravis.	
	Periculosus	

Immedicabilis.
Squerulosq.
Querbq. Quer.
Malignus.
Molestus.
Langvidus.
Mortifer.
Asper.
Intollerabilis
Desperatus.
Atrox.
Exitialis.

Nox. Tenebræ. Cæca. Diem aufert, Adimit.
Umbra Squalida. Excæcat Orbem.
Caligo. Pallida. Calligine implet Orbem.
Cecasus. Horrenda. Umbris terras cooperit
Cymmeria. Tristis. Nigro Orbe involvit amictu
Lanquida. Tetris secum amplectit alis.
Terribilis. Lugubres induxit somnos.
Intempesta. Solem extinguit.
Profunda. Accendit Sydera.
Obscura. Obcæcat Cælum.
Deformis. Claudit Lumina.
Cymmeria. Deformat Orbem.
Stygia. Solem in Querc condit.

Cætus	Lynascens.	Diem accendit Iter demonstrat.
Cruens.	Purpureg.	Solem nunciat rubet.
Sol Luc.	Ignicog.	Corruscat fulget splendet
	Rutilans	Irradiat Gymnicg
	Splendidg.	Fugat umbras.
	Fulgidg.	
	Corruscg.	
	Candidg.	
Palma.	Nobilis.	Triumphat denotat victoria.
	Insignis.	Signum et Dux Horum
	Veranus.	Laus Honor gloria Merces
	Amœna.	Præmium Triumphat
	Gloriosa.	Exercit decernat certat.
	Victrix.	
	Triumphalis	
	Honoranda.	
	Veneranda	
Dignitia.	Languida.	Fugit laborem.
Ignavia.	Turpis.	Deturpat Juvenes.
Socordia.	Inbellis.	Enervat animos. Lamentatio
Vecordia.	Torpens.	gemens corrupit indolem.

Iondia

Desidia	Ebria	Pestis. Decus Juventus.
Langvor	Foeda	Turpitudo ingenij ad Lucrum
Segnities	Mollis	provocat. vitij praefinat.
Torpor	Imperita deses	Animos Crudit ingenium
Otium		grandia Scientia mollis.
Negligentia		
Pudor	Timida	Indicium mentis.
Rubor	Purpurea	Ingenua Angelis reddit.
Modestia	Rosea	Superis vicina.
Pudicitia	Ingenua	Ad Polos evehit
Candor	Modesta honesta	Gloriam tribuit
Verecundia	Verecunda	Ad Laureas attollit.
	Casta Virginea	Inter Sanctos Collocat.
	Inpolluta	Affines Dijs procurat.
	Nivea	
	Pulchra	
	Innocua	
Puerilia	Tenera	Vivet Floret vernat
Aetas tenera	Blanda	Ad bonos et malos flectitur
Juventus Puerilis	Imbellis	Ad Socordiam Negligentiam
et mollis Annis	Torpora	prona.

Primum

Primum ostio Ædy.	Venusta.	
	Candida.	
	Compta	
	Ingenua	
	Verecunda.	
	Decora.	
Pux pura.	Fulgens. Ardens.	Exornat. Decorat. Vestit.
Musa.	Cubens. Corrusca.	Extollit Regio. Demonstrat.
Ostium.	Splendens.	
Firma Vestis.	Superba.	
Cocinea Toga.	Regia.	
	Pretiosa.	
	Nobilis.	
	Triumphalis.	
	Insignis.	
	Tyria. Sydonia.	
Regia Palatium.	Divus. Magnificus.	Attollit erigit Imperat.
Augustal.	Superbe splendida.	
	Illustris Nobilis.	
	Ampla Excelsa.	
	Sublimis. Augusta.	

Regnum.

Cyrnum.
Imperium.
Dominatg.
Scipterum

Rupes	ardua	Tranquillo vesin illa
Petra	Proceps.	Inscribimus Saxo
Saxum	Inaccessa	Ignes Suscitamus
Scopulus	Horrida	viam impedit
Sylex	Scopulosa	ederamus
Lapis	Saxosa	Aurum probamus
Marmor	Immanis	Sepulcra Monimenta
Lapis Lydius	Acuta	formamus.
	Aspera	
	Immota.	
Senectus	Rugosa	Vires adimit
Canities	Frigida	Ingenium debilitat
Vetustas	Rigida.	Molestiam infert
Aetas.	Longieva.	Ad morbos proclivis
	Statura.	Vires enervat.
	annosa	Morti proxima
	Infirma	

	Languida	
	Squallens	
	Effisera	
	Infirma.	
	Invalida	
	Effiseranda	
	Debilis	
	Exhausta	
Serenitas	Placida	Diem clarâ Efficit.
Fulgor	Quieta	Cælû puro lumine reddens fecit.
Splendor	amica	Plaudium indulget animis.
Radius	amœna	Facit Sine Nube Dies.
amœnitas	apstata	Dijcutit in Nubibj ethra
Lætitia	Blanda	Cælo Clementiâ tribuit
	Favens	Fugat Nubila dijecit.
	Candida	
	Tranquilla	
	Clemens	
	Ridens	
	Pura	
	Innubis	

BIBLIOTECA

Solum

Solium.	Superbum.	Cochit attollit eminet.
Throng.	Elixatum.	Impexat Regnat.
Majestas.	Regium.	Addit Animes.
	Magnificum.	Tributum persolving.
	Augustum.	
	Conspicuum.	
	Altum.	
	Excelsum.	
	Sublime.	
Tempestas.	Prudens.	Dis amores dispellit.
Procella.	Turbida.	Ethnicos. et Zephiros fugat.
Nijmbus.	Aspera Horrida.	Furit. Savit.
Turbo.	Terribilis. Imitus.	Amores dispellit tempes=
Chaos.	Effusa Tristis.	ras. Ventos furias provocat.
	Nymbosa.	Aquilones provocat.
		Tonitrua et fulmina [illegible]
		Celum obnubilat.
		Orbem tenebris opprimit.
		Squallorem inducit.
		Atenebris nigrescunt.
		Cunja Lumina.

Templum.

Templum.	Sacrum. Sancta	Honorat. attollit Locat
Ecclesia.	Nobile Magnificum	Exigit.
Aedes. Palatium.	Augustum.	Gloriâ Divina implet
Superum. Jovis	Excelsum.	Aras Imagines habet
Regina.	Sublime.	Tura efferunt.
Limina Divorum.	Venerabile.	Victima Dant.
Sacellum.	Gloriosum.	Mausolea Exigunt.
Sacrarium.	Honorandum	Icones collunt.
Dictum Domg.	Venerandum.	
Veneranda.	Sacra. Secta.	
	Pium. Diues.	
	Vetustum.	
	Antiquum.	
	Celebre.	

Tropus qui latine dicitur versio: est verbi vel sen- Quid
tentiæ a propria significatione in alienam cum conve- tropus.
nienti a translatio. Dicitur verbi vel sermonis idest
Sententiæ. Quia tropus potest esse sic ut in uno verbo
ita et in pluribus. Quare tropi sunt dupplices. Alii
verbor alii Sententiarum. Verborum tropi sunt Quan-
do est translatio in uno verbo vg. Lidet fatum, idest le-
venum est. Sententiar tropi sunt. Quando est
translatio in pluribus verbis vg. fatum illud quod ama
niovem frontem explicuit in ortu, visit in meridie, fle-
vit in occasu. Idest fatum illud quod fuit serenum
tam in ortu quam in meridie erat nubibum in occa-
su. Tropi verborum sunt septem: Effecta: Quadri-
phora, Synecdoche Metonimia, Antonomasia, potest tro
Onomatopoia, Catachresis, et Meta Lepsis, pus.
Tropi Sententiarum. Seu in pluribus verbis sunt qua-
tuor Allegoria, Periphrasis, Hyperbaton, Hyperbo-
le, additur etiam Ironia,

Metaphora.

Metaphora est a propria significaone ad im- Quid
propriam cum similitudine vel comparatione trans- metapho
latio. Translatio inquam verbi tantum vg. Pra- ra.
ta rident, gemmant lilia, Robur Herculeum,
idest prata florent, albent lilia, Porro ali-
ud est similitudo aliud Comparatio.
Similitudo est convenientia unius rei cum altera, Quid Simi-
diversa natura vg. Homo fortis est Leo. Sunt duo con- litudo.

venienq.

venientia se cum in fortitudine. Homo tamen est alius natura, quia rationalis, Leo alterius natura scilicet irrationalis.

Quid comparatio. Comparatio autem est convenientia duorum ejusdem Naturæ. vg. Homo fortis est Hercules. Dives Crassus. conveniunt secum in fortitudine. in multitudine, opum. et sunt ejusdem naturæ. quia tam homo quia Hercules tam homo dives quam Crassus sunt naturæ rationalis.

Quomodo inveniendæ sit similitudo et comparatio. Jam Similitudo quam comparatio quærenda est per has particulas sicut, ita. per primam particulam habenda præcuntis qualitas illius rei cui quæritur Similem per secundam particulam indagando est qualitas alterius rei quam vellem dicere Similem. prima. vg. sicut Homo est fortis ceu habens qualitatem hominis inquire quid aliud est forte conveniens sive non conveniens in natura cum homine. et invenies Leonem non convenientem Herculem convenientem in natura. Erit itaq; Similitudo homo fortis ut Leo. Jam verò comparatio erit homo fortis ut Hercules. Metaphora est duplex alia proxima alia remota.

Quotuplex Metaphora quid proxima. proxima est quando dictio aliqua propriè conveniens sensui externo transfertur in sensum internum. cujus species sunt 5 ta. prima a visu. sic dicimus video. pro intellego. despicio pro contemno. respicio pro præsto gratiam. prospicio pro in posterum provideo. 2da. ab auditu ut audio pro obtempero, item audio pro certo. 3tia ab odoratu. ut

Subolet.

Subolet pro deprehendo. Subodoro pro devenio. 4ta a gustu. Sic dicimus Honorem sitire, pro expetere. molestias devorare pro perferre. Sapere arrogantiam, absorbere molestiam. 5ta. a Tactu ut sentio pro intelligo. Solet etiam transferri verbum a gestu corporis ad animum. Sic dicimus inflare buccam pro arrogantem esse. tollere Supercilium pro Superbum esse, exporrigere frontem pro exhilarescere. Contrahere frontem protervum esse corrugare frontem pro moleste ferre.

Remota metaphora est. quando dictio aliqua transfertur a propria significatione ad impropriam cum convenientia vel comparatione aliqua. Quid meta phora & quid remota

Species Metaphore remote sunt 4tuor. 1ma. Quando verbum transfertur a re vivente ad rem viventem cum similitudine vel comparatione. ut Homo Leporini animi, seu est timidus. Stomachi Lupini, id est vorax est. Roboris Leonini homo, id est fortis. Species 1 metaphore remote

Cum vero vivens et multiplex aliud vivens rationale. aliud vivens Sensitivum. aliud vivens vegetativum Sicut vivens rationale est homo. vivens Sensitivum est Bos, Equus et omne animal, tam irrationale quam volatile quam reptile. Vivens vegetativum Flos, arbor, Pomum potest multis modis transferri verbum a re vivente ad rem viventem. Quod modi potest aliqua similitudo et verbum transferri ad rem vivente

1ma. potest verbum transferri ab homine ad homine. id est a vivente rationali ad vivens rationale. ut homo Phydias. id est Sculptor. Herculei roboris id est fortis. Centocules Argus id est bene videns. 2do. potest transferri verbum a vivente Sensitivo, ad vivens Sensitivum ut equus volat id est cito currit. 3tia

3tio. a vivente vegetativo ad vivens vegetativum potest transferri verbum vg. Roseum pomum pro rubro
4to. a vivente rationali ad vivens sensitivum seu ab homine ad animal. irrationale. ut Leo Rex Animalium. Aquila Regina Avium. Loquuntur avs. idest cantant. 5to. a vivente sensitivo idest ab animali irrationali ad vivens rationale scilicet ad hominem. vg. obtactare aliquem idest detrahere fama alicujus. Homo homini lupus. idest insidiator. 6to. potest transferri verbum a vivente rationali ad vivens vegetativum idest homine ad florem. ut Lilia vident Loquuntur. 7me. potest transferri verbum a vivente vegetativo ad vivens rationale. seu a flore ad hominem. ut flos Juventutis.

Species. 2da. Metaphora remota. Secunda Species metaphora remota est: quando verbum transfertur a re non vivente ad rem non viventem vg. Nivea papirus. gemmea charta. Eburnea dentis pro alba. Montes aquarum pro fluctibus. Fortuna Britea pro inconstans.

3tia. Tertia Spes metaphora est quando verbum transfertur a re vivente ad rem non viventem. ut Lacrymantur Nubes pro pluit. Sol oculus pro Sole, igne excanduit, pro irascitur. Labia aperuit librum. Superbi montes pro alti. alti supercilii arbor. idest pro Cera et alta.

4to. Quarta metaphora Species est. quando verbum transfertur ad re non vivente ad rem viventem. vg. gemmant digiti, Scintillant oculi, animam succendit pectore.

Saxeus.

Saxeus homo, aurea Juventus.

Adverto hic potissimam esse metaphora Speciem. quando rebus non viventibus attribuitur actio alicui viventis. vg. quid quid dicturus es de homine, idem ipsum si dicas de virtute vel vitio ejusdem hominis. Si in Laudem Heroïs dicares. Fortitudo tua et robur quod ad bellatricem collegisti Manum fudit in terram hostem. Tibi erexit trophaea ex cadaveribus. Si item de mendaci homine diceres. Ostendatis tua. Te ad cathastas damnant. homines prius depingunt versipellem. Item de Sapiente. Scientia tua a tilo pendet capite. Laureas meretur mille.

Adverto Secundo. elegantem esse metaphoram. Imo Si qua metaphora non tam verbum transferatur proprie conveniens alicui rei. Sed ipsa res ponatur a qua verbum transfertur. Sic pulchrior erit hac metaphora. hic homo ignem Spirat et corde fovet. quam hac. ardet in facundia. Pulchrior item hac Metaphora. corporis robore et invicto animo Leo est. quam hac. Leoninas habet vires. 2do. Si rebus non viventibus adscribamus actiones et mores verum viventium Sic vg. pro eo Sensu. Gladio prostrasti hostem. Si dicas Si dicas Bellator tuus Gladius prostravit hostem. Item pro eo Sensu Calamus pulchre scribis. Si dicas. Tuus calamus meretur encomia. qui quot literas tot Tibi exaravit Panegyres. 3tio. Si verba aetati humanae Servientia transferantur ad res non animatas et non viventes. ut decrepita quercus. pro amosa Argentea Libicum canities, pro albedine. Laeta Herbarum infantia. 4to. Si verba vestitui Servientia transferantur ad alias res. vg. Purpura rosarum. 5to. Si voces artis nauticae Servientes transfe-

rant

rantur vg. in Syrtes periculorum indicere. optatam Regnis destituere salutem. 6to. si ab arte militari transferantur verba vg. debellare superbiam, vincere cupiditatem quam etc.

Quæ sunt metaphoræ vitia.

Vitia autem metaphorarum sunt. 1mo. si verbum transferatur a re propria ad impropriam sine ulla similitudine. utpote dicas de templi pro janua. 2do. si verbum transferatur a re propria ad impropriam cum similitudine quidem sed a longe petita vg. chambers inventutis est ebrietas. 3tio. vitium metaphorae est, quando dictio transferatur a re illustri ad ignobilem, a notabili ad minus notabilem. sic vg. Per fluvium guttam ad mare ventus destruit cervisia: vel etiam de contra. quando dictio transfertur a re ignobili ad illustrem. vg. vacca stabularia pro viro eximio. 4to. vitium item metaphorae est. si verbum translatum minus significet quam proprium vg. Aquila velociter ambulat, per aerem. quia ista vox velocitatem plus utique significat, quam ista currit. 5to. tandem metaphorae vitium est. si sit affectatum verbum translatum et minus honestum. ut terram conspuere nivibus.

Quæ metaphoræ necessitas.

Necessitas metaphorae attribuitur propter varias rationes. 1mo. ob defectum vocis quando scilicet deest propria dictio vel saltim nobis non occurrit. sic dicimus vites germinare agros sitire. segetes latas esse. 2do. propter majorem significationem. rei et energiam. dicimus melius dicitur ardet et accenditur inflammatur irascundia, quam irascitur. 3tio. propter majorem decorem orationis et culturam eloquentiae.

ut lumen

ut lumen orationis flectamen eloquentia profluida oratione. Sic discordiam dicerem. Rocellam tempons, postem Patria. 4to. Propter majorem delectationem. Quia omnis metaphora habet in similitudinem omnis autem similitudo delectat hominem audientem.

SYNECDOHE.

Synecdoche vox Graeca, intellectio Latine est cum una ex aliis quomodocunque intelligitur propter aliquam connexionem. ut Graecia dixit Vistulam intelligitur ejus agaam. Quid Syne

Istic tropus Synecdoche: fit modis octo. 1mus modus est quando ponitur pars pro toto. ut puppis pro Navi. Tectum pro Domo. Mensa pro urbe. Vidicadem caput pro homine. Quod mo: dictis.

2dus. modus. est. quando ponitur totum pro parte. ve. Solum rubet idest pars aliqua Coli. Fontem ignemque ferebat pro aqua et carbone. Tulerunt Dominum meum idest corpus ejus.

3tius modus. quando ponitur numerus Singularis pro Numero plurali: vel quando ponitur nomen collectivum Significans multitudinem idest numerum plurarem. ve armatus miles pro militibus, Augustus dicit Lusaos Dest milites Ejus. Polonus exercitus victor idest Polori victores. 4tus. modus quando ponitur numerus plurabis et intelligitur Singularis Sic dicimus ambrosios Platones. Fabios Scipiones. 5tus modus. est: quando ponitur Species et intelligitur genus. Seu ab Species ponitur pro genere. ve. ~~pro ave~~ aquila pro avi. auster pro vento. Vistula pro aqua. 6tus modus est. dum ponitur genus pro Specie ut animal pro equo. arbor pro abiete. pontus pro quolibet na-

vi

vi. Quare Sciendum est quid sit genus? quid Species? Non quaritur autem hic quid sit genus, aut species: ex rigore Philosophice sed tantum Rhetorice. Itaq; Quid est hic genus ad captum Rhetoricum est vox competens genus? pluribus multum inter se differentibus. qualis hec vox est: animal que competit et homini et bruto et avi. Interim tamen hec vox: homo. Item hec vox brutum. et hec vox avis: Rhetorice loquendo non Philosophice potest dici genus. quia competit pluribus multum inter differentibus. hic homo. competit et Petro et Paulo et andree etc. brutum Quid Spe- competit, equo, bovi, asino etc. q. Iam vero species cies est vox competens pluribus non multum inter se differentibus qualis est hec vox homo: que competit et Petro et Paulo etc. hec vox avis, et aquile et anseri, q. Interim tamen hec vox Petrus et hec vox aquila, Rhetorice loquendo est species. quamvis Philosophice sit individuum. quia competit pluribus Petris inter se differentibus. pariter et aquilis. Si itaq; ponas hominem pro Petro, aut avem pro aquila pones Rhetorice genus pro specie. Si autem ponas Petrum pro homine, aut aquilam pro ave, pones speciem pro genere.

Vmus. modus est. cum ponitur materia ex qua aliquid fit pro ipsa re facta ex eadem materia. vt. cum ponitur ferrum pro gladio, aurum pro pecunia. utiq; ex ferro fit gladius. et auro aureus numisma. Octavus modus est. Dum antecedentia. ponuntur pro consequentibus. vt vixit pro mortuus est. Subdidit equo calcaria pro velociter cucurrit. Porro antecedens est quod presup-

ponit

ponitur ante aliquam rem pro priori vg. Vita pro: supponitur ante Mortem. Consequens est. quod consequitur aliquam rem. vg. Mors Vitam

Noto hic Spectare cum numerus certus pro incerto ponatur ut vg. millies audivi pro multoties. vel etiam è contra: Incertus pro certo vg. innumeri venerunt pro plurimi.

De Metonymia

Metonymia est Latinè denominatio cum res una vicina ponitur pro alia vicina. vg. nihil convenit Musis cum marte. ubi per Musas intelligitur Litera, per Martem Bellum.

Metonymia fit modis quinq. 1mus modus est 1 cum ponitur effectus pro sua causa, vg. Fur odit Solem 1 id est ejus lucem. Legi Virgilium 1 id est ejus Scripta. 2dus modus est cum ponitur effectus pro causa ut vg. Scelera Rempublicam demoliuntur. 1 id est Scelerati homines. qui sunt causa Sceleris. Virtus conservat Rempublicam, 1 id est homines virtute praditi. Peccatum ardet in inferno: 1 id est Peccatores etc.

Metonymia fit modis 6.

Notandum hic quod causa est, qua producit effectum vg. faber est causa Securis, quia facit Securim. Quantum Sufficit et opus est Rhetoribus causa. alia est efficiens qua producit efficienter principaliter effectum, vg. Faber respectu facta Securis est causa efficiens. alia est causa instrumentalis. qua causa efficiens producit effectum tanquam instrumento. vg. Malleus respectu Securis est causa instrumentalis. quia Faber producit seu facit Securim malleo. alia est causa materialis. ex qua aliquid fit. vg. Ferrum est causa materialis Securis quia ex ferro fit Securis. alia formalis. ad cujus formam aliquid fit. vg. Imago S. Petri picta.

cta. Si accipiatur a Pictore ad pingendam aliam Similem Imaginem pro norma erit causa formalis ~~ad cujus formam aliquid fit~~ respectu imaginis pingende. Quia cum ergo causa ponitur pro Suo effectu. et quicunque effectus ponetur pro Sua causa erit tropus Metonymia.
Tertius modus est. Quando ponitur Continens Seu id quod continet aliquam rem pro contento Seu pro eo quod continetur a continente Si vg. ponatur dolium quod est continens vinum pro vino. quod continetur dolio. Vel etiã Roma quæ continet Romanos pro Romanis qui continentur. Item Solium pro Solitibus.
Quartus modus est. Dum ponitur Possessor pro illa re, quam possidet etc. cujus Dominus est. v. Augustus vicit Socios Dedit ejus Milites. Ut colligor ardet Videt Domus illius. Quintus modus est. quando ponitur Signum pro re Significata. vg. Sagum pro Bello. Toga pro Pace. fasces pro Magistratu. Purpura pro Senatore. Corona pro Rege. Huc Spectant Stemmata Nobilium, insignia Dignitatum. Ut Sceptrum pro Rege. Diadema pro Principe. Infula vel Pedum pro Præsule. Clava pro Duce. Scipio pro Marescalco. Curulis pro Senatore Item insignia Seu Stemmata Urbium, Locorum, Artium. Scientiarum. Item insignia Decorum et Deanum. Regionum etiam Stemmata. vg. aquila alba pro Polonia. Draco pro Moscovia. Leo pro Belgis. Luna pro Turcis. Lilium pro Gallia.
Notandum hic: Quod Signum est quod Significat aliquid. Sic vg. fumus est Signum ignis. Cadera Severitis crux libra mundi vendibilis. Signum est Duplex. aliud naturale. quod ex natura Sua Significat aliquid vg. fumus ignem. aliud artificiale quod ex placito hominum Significat.

aliquid.

aliquid vg. Sagum Pratis. Toga Pacem. crux rubra mutsum, vendibile. Adverto etiam hic: Quod ponatur inventor pro re inventa. erit etiam tropus, Metonymia. Pariter ponatur Deus vel Dea alicujus rei. pro ipsa re vg. Bacchus pro vino. Ceres pro frumento. Minerva pro Sapientia. Neptunus pro mari. Venus pro Libidine. Musa pro Literis. Pallas pro Doctrina. Vulcanus pro igne. Pomona pro fructu.

De Antonomasia.

Antonomasia Latine pronominatio, est: cum pro uno nomine ponitur aliud nomen idem significans vg. Princeps Romanæ Eloquentiæ pro Cicerone. Antonomasia fit modis quinque. 1mus modus est: quando nomen Patronimicum ponitur pro nomine proprio. vg. Priamides pro Hectore. Anchisiades pro Æneæ. Lethiadæ pro Polonis. 2dus modus est: cum nomen appellativum ab aliquo facto vel arte ponitur pro nomine proprio. vg. Versor Carthaginis pro Scipione. Polonj nominis conditor pro Lecho. Oppugnator urbis Romanæ pro Annibale. Victor orbis pro Alexandro. Monstrorum domitor pro Hercule. 3tius modus est. cum nomen commune plurib⁹ per excellentiam uni attribuitur. ut Servator pro Christo Jesu. Apostolus pro Paulo. Philosophus pro Aristotele. Orator pro Ciceron. Urbs pro Roma. 4tus modus est: cum officium vel nomen dignitatis ponitur pro eo qui tale habet officium. vel gerit dignitatem. vg. Archiepiscopatus pro Archiepiscopo. Papatus pro Papa. Professor pro Professore. 5tus modus cum nomen proprium conveniens pro nomine appellativo ponitur. vg. Aristides pro Justo. Cato pro gravi Sapiente. Thersites pro deformi. Quanquam hic

mod.

modus antonomasia refertur juxta aliquos ad primam speciem metaphora Remota. Ceterum pro nunc aptam eruditionem hujus speciei Antonomasia. Sive Metaphora. qua inserunt plurimum exornanda ac decoranda Orationi Scilicet ut pro simplici nominine apellativo ponit pro nomen proprium.

Ab Hominibus vel Diis.

A.

Pro Adulatore. Antiphus Gigas.
Ambitioso Herostratus.
Amico inter Pastores Pollux
Item Pilades cum Oreste.
Amabili Paris Marcipus
Amante Patriam Themistodes.
Item Leaves
Item fortes.
Animoso Achilles Hector
Avaro Midas Tantalus

B.

Pro Bellicoso Annibal: Scipio, Ajax, Pompeius, Agamemnon. Alexander Magnus

Gradivus.

Gradivus.
Pro Bellatrice Famina. Bel-
lona. Amazon, Spartia
tia, Penthesilea.
Benefactore Titus Ve-
spasianus.
Bibax Bacchus Tor-
quatus Zeno.

C
Pro Caste. Basphis, Lu-
cretia, Partheno pe.

onomatopeia.

Onomatopeia Latine ficti est: de aliqua dicto nova componitur seu fingitur cum fundamento in re.
Onomatopeia est duplex Significationis et Imitationis.
Significationis est, per quam vox naturalis exprimitur
ex. Bos mugit. Serpens sibilat. Murmurat fluvius vel
arbor. Cacabat gallina, Rana coaxat. Cervus balat,
equus, hinnit, Bos boat. Lupus ululat. columba ge
mit. grus gruit. avis pipit. Lic quidam Polonus &c.
mine polonico has voces descripsit naturales.

Szpetna Zaba wbłocie Skrzeczy.
Wyspy piszczą ciele beczy.
Mnichaią kozły Psy Szczekaią.
Szare Wroble terkotaią
Skwierczą nocni nietoperze
Gęś Gąsa gga. myszka w pierze.
Kot ze kon głodny dis Skowyczy.
wilcy wyią lew Zas ryczy.
Swinia kwiczy, niedźwiedź mruczy.
Nocna Sowa w lesie huczy.
Kukułka kuka wylatuje.
Kur na płocie kukuryka.
Kruk na drzewie Kiedy ge carcze.
Kokoszka na Swych Smieciach gdacze.
A Wrobel gdy się otrzeźwia
Leczy Zmorzaw Zoraw ucieka
Wodna Jaskółka Kurczy gode
Bocian nosem Swym Klekoce.

w Stodole

Włodzisz Mach brzęczą pszczoły.
Włodzisz Jarzmach ciężkich jęczą woły.

Onomatopoia vero Imitationis est, cum vox aliqua vi-
detur imitari, et rem aliquam vel motus illius vg.
Italis at. Madris at. Polonis at. Philosophatur. Sic dici-
tur Laconismus, Luteranismus, Latinismus. Chri-
stianismus. Judaismus.
Notandum est quod non nisi cogente necessitate uten-
dum est hoc Tropo. cum scilicet res aliqua nova
verbum non habet quo denominatur. ut sunt Sibi-
lus, Mugitus, Vagitus, Tynnitus.

Catachresis.

Catachresis latine abusio est verbi a propria Signifi-
catione ad impropriam cum similitudine remota
translatio. Sic Catachresis erit si Substantiva
remota ponantur pro aliis Substantiis. ut Patri-
cida. Fratricida, pro quovis interfectore. cum
Substantiis adjectiva non propriè attribuuntur ut lon-
gum consilium. Item cum dictiones contrarium
Significantes simul jungentur. ut exigua copia abu-
bitiosa pictas.
Quare Catachresis per hoc differt a metaphora. quia
Metaphora fit cum similitudine bona proxima. iam
vero Catachresis admittit similitudinem remotam.
Insuper quia Metaphora transmutat dictionem pro
priam in impropriam. Jam autem Catachresis
cum deest verbum proprium subministrat meta-
phoricum. vg. Equitat in arundine longa.

Metalepsis.

Metalepsis est latine transumptio. Est quae in

re

re cum gradatim itur ad illud quod significatur unum ex alio intelligente. Sic illud Virgilii Post aliquot mea Regna videns mirabor aristas. ubi per aristas intelliguntur spicæ, per spicas Segetes, quia pars ponitur pro toto, per Segetem Messis, per Messem æstas, per æstatem annus.

De Tropis Sententiarum.

Tropi Sententiarum sunt Quinque. Allegoria, Ironia, Periphrasis, Hyperbaton, et Hyperbole.

Allegoria.

Allegoria Latinè inversio est: cum plures dictiones transferuntur a propria significatione ad impropriam cum similitudine vel comparatione. ita ut aliud verbis aliud sensu significent. Vocatur aliter Metaphora continuata. quia sicut Metaphora est unius verbi ita allegoria plurium verborum est translatio ab una similitudine vel comparatione, petitarum. Sic si dicas. Fulges honoribus, diceres metaphorice, quod si hunc sensum simplicem. In Juventute et in matura ætate aut in Senio honores habuisti. effervescis sic. Sive in vita tua orta radiis tibi rerum erigebaris. Sive in ætate tua Meridie Augem honorum circumferebas. Sive in occasu annoso Diem tibi Illustrissima Fortuna accendit. Jam est Stylus Allegoricus.
Allegoria in prima divisione est duplex. Alia pura quando omnes dictiones sunt translatæ ab una eadem similitudine vel comparatione petita sine ulla admixtione verborum propriorum cum impropriis ita ut aliud verbis aliud sensu significent. ut. Non procul a propriis stipite poma cadunt. Item in eadem.

dem navi mecum navigas. alia est composita
seu mista. quando ponuntur plures dictiones trans-
lata mista tamen cum verbis propriis. quale ha-
bes ex emplum Suppositum in laudem honorati.
Porro allegoria prima Subdividitur in 3 Species. Qua-
rum prima est. Dum Sententia Alicujus
Auctoris vel carmen alicujus Poeta aliud Sensu
aliud verbis Significat. vg. Impia Sub dulci mel-
le venena jacent. hoc est Sub Specie amicitie
dolus continetur. Item Mali corvi malum ovum.
id est Parentis mali. Malus filius. Secunda Spe-
cies est. quando aliquod adagium seu proverbi-
um communi usu receptum aliud verbis et ali-
no Sensu Significat. vg. tota cito erras id est vide-
menter erras. Difficile est contra torrentem ni-
ti. contra Lolem calcitrare.
Tertia Species est anigma. Sensus perplexus
a prima et facili intelligentia remotus, et per
conjecturas non nisi intelligibilis vg. Dum civita-
cui, mortua dulce cano. pro Lyra. Ima genuit ma-
ter, mater quoque gignitur ex me. pro glacie.
Item de tinea Litera me pavit nec quod lit lita-
ve. Novi in Libris vixi nec cum nec sine studiosior inde.
In Secunda divisione eaque principalissima allego-
ria est Duplex. Simplex et erudita. Simplex
est qua instruendatur Similitudini est que in re plu-
rium verborum a propria Significatione ad im pro-
priam cum Similitudine translatio. vg. hic Sensus
Simplex quoties Respublica oppugnabatur ab
Iosie.

hoste toties periclitabatur. desumpta similitudine a naufragio sic exprimitur: Quoties Reipublicæ navis hostibus impetebatur procellis, furentium Aquilonum impetu allidebatur Syrtibus, naufragabatur toties. Sic item sensus sic: Bellum describo in quo videre est armorum tumultus, torrentorum strepitus, militum cadavera sanguine madentia. Sic desumpta similitudine a tempestate, describo campum gradivi aperio magna tempestate belli, agitatum. Vide te Martios calores atq; æstus bellicosos non absq; turbine et fumosis ipse nubis, quæ nisi deplumant cædes et jurgia. Ecce segetes illæ plyceatæ virorum plumbea teritur grandine, robora arietum ferrentorum fulmine quæpatur, sanguineo imbre madent campi, et omenta diluvio vivos implent. armorum fulgur perstrinxit oculos et animum terrore. Talis est sequens laus a stemmate arboris, sub qua deducitur allegoria. Gdy nayadam na gałęzie rożne Arzewiney familiey drzewo rozliczne. Gdy trzyny dobrze pospolitego. Obfituiące owoce na ciężey fortunnym potomku tuszyć nie mogą tytle zeuspaniate gałęzie albo Merkuryusz Lowczanskiemu na Marszałkowstwo laski albo Marszałkowskiey adzy sę na regiment, albo honorowe fasces.
Allegoria erudita est. quando ponuntur plures dictiones translatæ ab una eademq; comparatione petita quæ aliud sensu aliud verbis enuntiat. vg. hic sensus simplex. Si Suevus non timuit non timebit amnem hostem. desumpta similitudine erudi-
tione de Hercule sic exprimitur. Si Tyro non lor-
ruit.

runt contemnet hydram grandior Hercules; Item hic Sensus simplex. Est Roma Papa. qui votum hoc Suo potestate dispolvet, desumpta comparatione de Alexandro sic exprimitur. Habet orbis caput Roma Suum Alexandrum qui hujus modi gordios nodos Suo potestatis gladio dispolvat.

Nota quod compositum allegoriam simplicem vel eruditam debet simplicem Sensum in primis habere, tandem debet advertere adjuncta similitudinis et omnia verba similitudini competentia. Tandem consideret qua verba propria abiceret et qua petita a similitudine vel comparatione loco propriorum ponet. Debet enim advertere ut verba impropria qua propriis miscentur habeant aliquam Succum combinationem. ut videre est in exemplis. Supra positis.

Nota Secundo quod ut ex quo genere translationis caperis eodem et desinas nec cum incaperis abigere in aqua finias.

Nota tertio quod aliquando in eodem contextu dicendi multiplex allegoria usurpetur, id autem contingit cum res eadem pluribus Sensibus Synonimis efferuntur, et quilibet Sensus Synonymus alia allegoria exornatur ut patet in exemplis allatis in Monica Rhetorum. Sic illud. Lectamus Lepe misera matres Catulum qui nos perimat, vel mersu laceret, vigamus studore assiduo cicutam, qua cum in culmum adolevit virus nobis ad exitium efferat. Acerimus persepe gladium olim in nostro jugulo hebetandum.

Ironia

Ironia latine illusio est cum plures dictiones transferuntur a propria significatione in sensum contrarium propter intentionem dicentis.

Ironia potest fieri multis modis 1mo insultatione seu irrisione, sic Christo insultabant Judei: ave Rex Judeorum, et vocatur tunc Sarcasmus. 2do. Simulatione cum aliquo eo gestu proferitur ut vultus compositione ut appareat aliud esse in verbis, aliud in sensu. vg. O De Sapientem. 3tio. dum dicitur de aliquo quod illi non competit. neq capax est est illius. vg. O De abstinentissimum Bacchum. O audacissimum animal Leporem. 4to exprobratione. vg. quis tu mihi es. qualis Catilinus qualis Cato.

Periphrasis.

Periphrasis Latine circuitio vel circumlocutio est. Tropus qui pluribus verbis explicat id, quod uno vel paucioribus dici potest. vg. Natale Solum pro Patria. Stem teneros avidem depellere fetus, i. vertagnos.

Modus scribendi Periphrastice principalissimus est, si considerentur adjuncta illius rei, item similitudines, comparationes, Etymologia seu nominis notatio effectus illius rei et per hoc circumscribatur aliqua res. sic dicetes per Periphrasim pro Aristole. Peripatetica Schola Princeps. pro Hercule. Domitor monstrorum. sic describens periphrastice cum Poeta hirundinem quae luteam cella sub trabe figit opus. Alta voce canit

celebrat.

celebratq Nidum. Sic item circumscribens no:
etem:
Nox erat et placidum carpebant fessa Laborem
Cerpera. per terras, Lymq; et vestra quierant
Equora. cum medio volvuntur Sydera lapsu
Cum tacet omnis ager pecudes pictaq; volucres.
Cavendum tamen in Periphrasi ne voces po:
nantur Superflua et non necessaria. Item ne
una eademq; ponatur Sapius. istud enim Perio:
logia est.

Hyperbaton.

Hyperbaton Latine transgressio est. que cum propter
ornatum orationis non servatur ordo Grammaticq.
Fit autem aut perversione ut maria omnia cir:
cum. aut transjectione cum v verbum a no:
minativo, vel adjectivum a suo Separatur Substan:
tivo. Alio Divisione vz. deficiente pcia deficit
omnia.
Hyperbaton cum non est tropus. quia nihil vertit
proinde magis Poetis quam Oratoribus placet.

Hyperbole.

Hyperbole est Supervlatio seu excessus quo orator
augendo aliquid vel minuendo excedit fidem. vz. de:
studine tardior, pigmo brevior, vix ossibus haret,
nive candidior
Potissimum fit Hyperbola eo modo, ut assumpta
materia inveniatur Similitudo vel comparatio.
et tandem eadem res Similitudini vel comparatio:

ni.

ni proferatur. vg. Sole clarior, Hercule fortior. Dixi potissimum quia etiam aliis modis potest formari vg. Tibi Gallius Fuam cepit facundiam. Gradivus Hemum. id est et Oratores et fortis. Vel etiam in laudem Sancti: O te quam Lucina pietas affecta est, cum laute virtutem Luxisti. vel etiam in laudem Sapientis. Jovis caput profers, quia ex Tuo cerebro natam credidit Orbis eruditus Minervam.

Optime etiam formatur Hyperbole per opposita vg. vix natus jam Sanctus. Vix plantam intulit arena martis, jam triumphavit. Aeidum vibravit ensem iam cruenta Marte fudit hostem &. Hic tropus locum maxime habet in panegiricis Materiis cum magno judicio est adhibendus. Nam si aptus sit urbanitatis, sin aliter fronia Stultitiae nomen assequitur. Unde Adverten: da est Persona quo laudatur et res cui praefertur. Quia si comparatio aliquando otiosa multo magis prolatio

De Figuris.

Figura est quaedam Sermonis exornatio remota a communi sensu et ordinario seu usitato modo loquendi. Hae figura est Duplex. alia Verborum alia Sententiarum. Figura verborum quae in sola collocatione et conformatione Verborum consistit, qua immutata figura Verborum pereunt. Figura Sententiarum est exornatio.

natio qua non in verbis sed indicentis effectu et in rebus totam suam vim et dignitatem reponit. ita ut quibus cunq' proferatur verbis eadem semper maneat figura majestas. Potest autem simul esse figura verborum et Sententiarum ut Repetitionis, Conduplicationis, et apostrophe aut alia. Per hoc vero differt verborum figura a figura Sententiarum, quia immutatis verbis perit figura verborum. Sensus autem figura Sententiarum qua manet modo maneat eadem res et affectus, quamvis verba mutentur.

Figura verborum ad 2pticem classem referuntur. alia fiunt per adjectionem et sunt exornatio qua consistit in adjectione seu additione vocis exornandi sensus gratia. Porro figura quae fiunt per adjectionem sunt 9. Repetitio, Conversio, Complexio, Conduplicatio, Traductio, Polyptoton, Synonimia, Polysyndeton et Gradatio.

Repetitio est exornatio quando plures sensus vel commata ab uno incipiunt verbo. seu ab una eademq' voce. v.g. Nemo Principum, Nemo Senatorum, nemo Equitum, in Polonia exstitit quem gloriae sitis non vexaret.

Conversio est quando plures sensus vel plura commata una eademq' voce finiuntur. v.g. istud Ciceronis. Ex quo tempore de Republica nostra concordia sublata est, libertas sublata est fides sublata est amicis sublata est.

Complexio est exornatio, qua Repetitionem et conversionem complectitur Seu est figura qua una voce Lapius sensum inchoat. et simul alio verbo Lapidsite: rato claudit. vg. istud et Ciceronе. Quid sunt qui fodera Lepe rumpunt, Carthaginenses. Qui sunt qui bellum crudelissime geserunt, Carthaginenses. Qui sunt qui Italiam deformarunt. Carthaginenses. vel istud. Veri civis est, fidem in principem agere animum. veri civis est pro libertate in mille mortes generosum ferre animum. Conduplicatio est exornatio. cum duo eadem voces consequenter repetuntur, Seu pono repetuntur vel cum una eadem vox in principio et fine ponitur vel in principio vel in medio et fine vg. Vivis heu vivis non ad deponenda sed ad augenda vita Tua Scelera. vel istud. Crescit tantum amor nummi quantum ipsa pecunia crescit vel etiam Crescit amor nummi tantum crescit quantum ipsa pecunia vel etiam Tantum amor nummi crescit, quantum ipsa pecunia crescit.

Traductio est exornatio. cum verba paulo immutata Lepius repetuntur. vel cum dictio aliqua ponitur eadem quo ad Literas, diversa autem quo ad significationem. Seu cum ponuntur in oratione voces qui voces faciunt Traductionem. vg. Vivis ut Tibi prolongetur vita pocula vita. Item illud. Si vult Princeps amari. nihil ferat Subditis amari.

Polyptoton.

Polyptoton est exornatio qua eandem dictionem ponit in diversis casibus. vel idem verbum in diversis temporibus. vel in diversis modis. aut in diverso genere. vg. Tuendo Libertati majores nostri vitam impenderunt, nos omnes cum sanguine impendimus, posteri utrumq; impendent.

Synonima. est exornatio qua voces plures id significantes. ad exornandam orationem congregat et conglobat. vg. fortitudo mentis, constantia animi, robur pectoris, facilius auro vincuntur quam ferro. Item dentibus stridet fulgurat oculis, vultu minatur, pedibus pulsat, id est irascitur.

Polysyndeton est exornatio. qua vel ijsdem vel diversis conjunctionibus orationem nectit et ligat. vg. et Senatorem et civem, et militem agit qui consilio succurrit Patriæ. vel etiam Sceptris et Principum mitris et Patris Ducum et Præsulum Tyrannis ferrum Libitina non parcit.

Gradatio est exornatio. quando scilicet dictio finiens sensum præcedentem, inchoat sequentem et ulterius consequenter vg. ex fortis. Industria virtutem, virtus gloriam, gloria æmulos comparavit. vel iste tuus Principis est illas amplectari libertatem servare servata libertate ferro Patriam augere. aucta Patria civibus commoda providere.

Alia sunt figura quæ fiunt per Detractionem.

Sunt quæ exornatio quæ consistit in detractione vocis alicuius exornandi sensus gratia. Quæ figuræ sunt quinq: Synecdoche, Dissolutio, Adjunctio, Syneciosis. Disjunctio.

Synecdoche est exornatio quæ ornamenti gratia supprimit vocem aliquam, quæ facile intelligi potest ex alio. vg. Hostis irruit, Mox tumultuari populus, Plebs fuere, cives lamentari Subintelligitur incipiunt

Dissolutio est exornatio quando plures dictiones vel Sensus sine coniunctione ponuntur vg. Civem Patriæ comendat amor, fidelitas, reverentia in Principem.

Adjunctio est exornatio quæ plures dictiones vel Sensus ad unum verbum refert vg. Libertate Principis, Civium amore, robore Militum cresci Respublica.

Disjunctio est exornatio contraria priori quando Scilicet quodlibet coma suum habet proprium verbum vg. Proditor est non civis Patriæ qui Principi negat fidelitatem, civium convellit concordiam, Reipublicæ detractat obsequium.

Syneciosis est exornatio. quæ duo contraria in unam colligit Sententiam, ita ut eundem faciat Sensum vg. Veri civis est tam vivere quam mori pro Patria. vel ut Primio divitiæ sic paupertas est gradus ad interitum.

Figura qua.

Figura quæ fiunt per Similitudinem.

Sunt quæ consistunt in convenientia dictionum ad ornandum sensum. Istæ Figuræ sunt Octo.
Paronomasia. Similiter cadens, Similiter desinens, Compar seu Isocolon, contrapositum, Commutatio, Correctio, Dubitatio.

Paronomasia est exornatio quæ plures voces in easdem sed parum immutatas orationi interposuit, et hoc fit modis 4tuor.

1mo. adjectione quando alteri voci Syllaba aliqua adjicitur vg. Deserat Musas qui mero non Homero dat operam.

2do. Detractione. quando alteri voci aliqua Syllaba detrahitur vg. litera vg: Obsequio Patriæ tam moriendum, quam immorandum est.

3tio. Commutatione quando in altera voce Syllaba vel litera mutatur vg. Intestina fovere Bella amentis est non Patriam amantis.

4to. Translatione seu anagrammate vg. In audis Principum Sit laudator non adulator, v Victorias Belli nutriit amor.

Porro quid sit anagramma et quot duplex, constat nobis ex privata doctrina.

Similiter cadens. est exornatio qua plura nomina in eadem periodo vel in altera in eodem ponit casu vg. Victoria Heroi gloriam Ducis Concordia parit Agonimiam.

Similiter.

Similiter desinens est exornatio qua plures voces similiter minatione finitas orationi interponit vg. Labore Subditorum, robore Militum, Liberta-tis amore Stat Polonia.

Compar Seu Isocolon. est exornatio qua orationis membra pari numero Syllabarum orationi inter-ponit vg. ut Fortitudine militum, Sic Senatorum consilio Stat Reipublica libertas.

Contrapositum Seu antithesis est exornatio quan-do Scilicet ponuntur vel verba sibi opposita vel duo sensus sibi repugnantes vg. Vendum non li-dendum est ubi calamitas Patria gemitum. vg. Heroïs est bivere inter cadavera morte animari.

Commutatio est exornatio, qua duo contraria ita in aliqua periodo ponit, ut ex priore con-trario, Secundum priori contrarium efficiat. vg. Non ut edam vivo, Sed ut edam vivam edo. vel non triumpho ut pugnem Sed pugno ut triumphem.

Correctio est exornatio. qua unam dictionem alte-ra vibrantiori corrigit vg. Mavt aut potius volabant ubi metam gloriæ attingere Debuit.

Dubitatio est exornatio qua orationi dubium aliquod interponit. vg. Antementitatis est an audacia an etiam ingratitudinis Savere in patriam.

De Figuris Sententiarum.

Figura Sententiarum Sunt. 26. Interrogatio. Responsio.

. Responsio, &.

Interrogatio est figura dum interrogat Orator non sciendi gratia sed commiserationis aut instantiæ aut indignationis aut admirationis v. Dubitationis v affirmationis. Seu interrogat non quod nesciat, sed ut graviorem reddat relationem vg. Commiserationis causa. Heu qua me tellus qua me æquora possunt accipere. Instandi causa. Seu urgendi Quousq; tandem abutere Catilina Patientia nostra. Indignationis. Quid me alta silentia cogis rumpere et obductum verbis vulgare dolorem Admirationis. Quid non mortalium cogis auri sacra fames. Dubitationis. Quo me vertam nescio. &

Responsio est exornatio cum orator se ipsum vel alium interrogat et non expectando responso ipse sibi indirecte respondet, augendæ vel minuendæ gratia rei. vg. Pagumne an Toga Sarmatam decet laertæ. Utrumq; pro gloria potionis est.

Subjectio est exornatio. cum orator interrogat se ipsum vel alium et non expectato responso ipse sibi respondet directe augendæ vel minuendæ gratia rei. vg.

Jaspide quid pejus? tygris, quid tygride? Dæmon. Dæmone quid? Mulier quid Muliere? nihil.

Subjectio per hoc differt a responsione quia Orator per figuram responsionis, indirectam subjicit responsionem, jam verò per figuram Subjectionis directe sibi respondet.

Anteoccupatio.

Anteoccupatio Seu prosumptio est exornatio cum Orator id quod posset obiici ab adversario, ipse sibi obiicit et solvit, seu ratione diluit vg. In Laudem S. Stanislai Kostka. Fugis ne Stanislae Patriam, desenis ne Parentes, crudelis eris in tuos progenitores, Sed pia est hoc in Parentes impietas.

Correctio est exornatio cum unius Sensus alio Sensu vibrantiore, et majorem habente energiam corrigitur vg. In Laudem S. Kostkæ crudelem dicerem Stanislaum, qui nec dolo-ribus Patris, nec lacrimis Matris sua move-batur at pius dicendus est qui ut vocanten Patrem Celestem exhilararet Suum Patrem desenit.

Dubitatio est exornatio cum Orator dubitat ubi incipiendum, ubi desinendum, hoc vel illud dicendumne aut faciendum, id q' facit ornandi Sensus gratia vg. ex Cicerone. quid primum queram aut unde potissimum exo-diar Judices. vg. An Marti, an arti Literariæ major gloria Subscribenda est.

Nota Dubitationi conjungi Semper interro-gationis figuram.

Communicatio est exornatio cum orator Ipse consulit Judices v adversarios fidendo Sua causa, vg. ex Cicerone in Verrem. Si tu intra Persas, aut in extrema India comper-hensus ad Supplicium duceres, quid aliud

diceres.

diceres, nisi te civem Romanum esse.

Prosopopeia. Seu ficta personarum Inductio est exornatio cum orator inducit personas veras sive fictas, item viventes sive non viventes, aliquid loquentes aut facientes actiones q' hominibus congruas, illis tribuit vg. Perversa orbis capita, ingrati Sarmatæ voces an verius gemitus dissentis Patriæ auscultate. Degeneres filii quid improba vestra consilia, quid venales plurimorum animæ, quid divisi sensus et vota si non ultimam mihi meæq' Reipublicæ minantur cladem.

Apostrophe. est exornatio, cum orator convertit sermonem ab eo cui vel de quo loquitur conversus in quam ad alium vel aliud per allocutionem. vel etiam cum orator idem ipsum alloquitur quem laudat vg. vel vituperat vg. Pulcra sunt quæ mundus promittit, sed amara quæ vendit. Percipite ne has mundi fallacias tervigena. Item vg. ate ipso tuorum laudes exordior, vivunt mihi nepotes, qui e vivis discesserunt proavi abavi q.

Hipotiposis est exornatio qua ita rem alterquam per sua adjuncta et per verborum

energiam.

energiam describit ut Spectari potius qua
legi aut audiri videatur. Talem habet descri-
ptionem belli allegoricam, allatam Super
ius pro exemplo allegoria Simplicis qua
sic incipit. Campum Gradivi aperio &. Tere
Secundum istud exemplum, pariter descri-
bens bellum domesticum. Vidimus Iuve-
tos in Paterna viscera enses, indigno Lave-
re fato. Spectavimus Liphia pectora aqui-
las, et tela minantia telis rupta natura
fodere, inter se ferro impio dilaniari
fratres Sepulta in proprio Sanguine, corda
mutuis cordibus tabescere, Sacrorum inte-
gritatem infelici convelli, auream depre-
dari libertatem, Patria precordia in testi-
no turbari ferro in fedam ultimi exitii
imaginem turpiter degenerare,
Apostiopesis. est exornatio cum Orator
ex affectu aliquo. ve. ira. vel dolore, Lu-
primit aliquam dictionem qua non fa-
cile intelligi potest. ve
Quos ego Sed motos praestat componere flu-
ctus
Topesis est exornatio per quam mores
et actiones hominum agendi ratio ener-
gice describitur. Quid Proceres ornatissi-
mi.

mq; ubi intra fortunæ orbitam volvimini; vestrum omnibus estis placidi, nemini exosi ubi verò altitudinem titulorum conscenditis, graves in esse, truculenti vultu, jam tumidi ore, jam superbi supercilio, minores despicitis.

Emphasis est exornatio. qua in sensu aliquo aliquid latens eruitur, et plus significari quam dici videtur. vg. Inter illos metus, juratag' mala querebatur urbs a civibus, cives aburbe. Significatur magna calamitas.

Sustentatio est exornatio qua per involuntam rei alicujus narrationem et remotam, tenentur auditorum animi donec aliquo dicto inexpectato rem declaret orator. vg. Prometei penas supem Ixionis rotam meretur Saevinus quod patraverit. Scelus est quod Patria minatur exitium, Religioni fatum, et bonis omnibus eadem ultimam, nempe nempe cruentas intulit Majestati

Præteritio est exornatio cum orator aliud potissimum quod simulare se profitetur. vg. Non tuis meritis, immo:

vor.

ror, non vulnera tui triumphi notas
ad calamum revoco, fastos meritis
non paginam.

Licentia est exornatio qua orator liben-
tius commonefaciendi vel objurgandi
causa ipsis presentibus Loquitur quos
veneri deberet. vg. Libeat tua scelera
divulgare, magno impetu ferebaris in
omne nefas quote impetit furor, rue-
bas ferocius videre erat tuam rabiem
qua nuper innocentem exsaevisti &.

Concessio est exornatio qua orator fiden-
do sua causa etiam iniquum aliquid
adversario permittit. vg. sadat cadat in
Bellona acie, ut ad majores aspurgat
triumphos vel illud de Nerone occidat
modo imperet.

Parenthesis est exornatio quando Ora-
tor rumpendo ductum sui sensus,
alium sensum interponit, ita tamen
ut ad priorem regrediatur sensum.
vg. Herculeis cunis (nisi quod hoc etia-
am te non decipsent:) non videris exi-
visse, et vita tua inter gratias prima
fecisse rudimenta.

Ironia.

Ironia est exornatio quando orator, aliud verbis, aliud sensu imo contrarium enuntiat. vg. Egregium Te publici erarii Praesidem, Sub cujus auspicio nunc primum egere cepit Respublica.

Distributio est exornatio. quando id quod simul dicendum est, per partes distribuitur. vg. Pudor Le Le pingit ingenis, candor animi pectus rapuit, Liberalitas ad manum Le Le collegit, modestia fronte sedet, clementia ore loquitur, id est omnes pulcherrimarum virtutum dotes in te uno reluc[illegible].

Permissio est exornatio. qua orator confisus sua causa illam adversario Judicandam permittit. vg. vobis Judices relinquo quantum civilibus bellis detrimenti capiat Polona Respublica;

Deprecatio est exornatio. quando favor alicujus aut testimonium imploratur. vg. Per omnia amicitia jura, per omnes Si quos mereor amores, te oro.

Cpstatio. est exornatio. qua id quod Libi.

orator.

Orator optat et desiderat exprimitur
vg. utinam tuos merear amores, utinã
inter tua vivam præcordia.
Execratio est exornatio qua malum
alicui imprecatur orator. vg. Dii te
perdant.
Epiphonema est exornatio. qua Ora-
tor aliquid Longiori dictum Sty-
lo et probatum, in nucleum et in com-
pendium colligit. vg. Magno robore
decertasti, vicisti hostem, fregisti aci-
em, et hæc est tui gloria triumphi.
Exclamatio est exornatio. qua orator
ex affectu aliquo exclamando pul-
chriorem reddit orationem. vg. O do-
lendas Sortis vices, o deflendam
fortunæ fladem.

D

Ad S. D. G.

Sexternio

Occupationum.

Thoma Stitensis.

Ad esse D. Z. Bg. v. S. L. O. esse Honorem.

Epistola Svasoria amico vitæ Militaris dissvasoria

Jalo Literaria.

Jalom intimus Przyiaciel wmpana tali radzę abyś
się miał do Pola Marsowego y chciał tangidam
Hercules Labentem fulcire Patriam, ktorey przed-
tym antecessorowie wmpana Atlantes podawali
humeros. Jeżeli fidei orthodoxæ propugnaculum
est Gradivus toć fidem tuendo trzeba aleam arri-
pere Martis. Dawno by iuż Jowisz złotego ustą-
pił Olimpu, gdyby Wulkan niedodał żelaznego
oręża, Niebyłaby dostała Laurea Jowiszowa gło-
wa, gdyby pierwey niebyła Marsowy oblyta kir-
tą. I Heraklius musiał Herkulesowym sposo-
bem zażyć Saracenow chociaż Zbroię na sobie
nosił Pallady, ktoren pokazał że nie nauce
ale armis adscripsit victoriam. a ia wiecznie
